

1742.

- 1^a & ^b 1^c - Jacobs, Wenzelus Gottschob: De principis successore
dominicalia sive canonicalia ab antecessore elimito,
juri oratione servata, revocante.
2. Kaulfuss, Iacobus Christianus: De carcere nocturno
poenam criminis temperante.
3. Lamm, Iacobus Georgius: Dissertatio iuridica in ang., qua
observationes miscelles . . . placide eructorae,
Digestionei submittit.
4. Schurck, Hieronymus Fridericus, Fac. iuridicae decanus
1. b. s. (ad Dissertationem in ang. Gottliebi Gottliebi
Jacobs invitata).
5. Schmette, Henricus Melchior, Facult. iuridicae decanus:
1. b. s. (ad Dissertationem in ang. Iacobi Christiani
Kaulfussi invitata).
6. Schmette, Henricus Melchior, Facult. iuridicae decanus.
1. b. s. (ad Dissertationem in ang. Henrici Christiani Baeseri
invitata).

J. Schmette, Henricus Melchior, Facult. iur. Sacrae Scripturae 5.
l. b. s. p. d. (ad Dissertationem in ag. Ioannis
Georgii Lammii iuris) .

8. Schmette, Henricus Melchior : De collisione obligatio- 6.
num.

1783.

1. Cramerus, Joannes Tobias : Deco, quo justam
arbitrari circa appellationem a statib[us] imperii 7.
Evangelicis ad imperatorem in causis Ecclesiasticis.

1. Schmette, Henricus Melchior, Facult. iur. Sacrae Scripturae 8.
nus l. b. s. p. d. (ad Dissertationem in ag. Barth.
Bider. Prodigii Lanuini iuris).

3. Schmette, Henricus Melchior l. b. s. p. d. (ad Dissertationem
in ag. Pauli Friderici Schellmiji iuris) .

4. Schmette, Henricus Melchior : Deco quod justum est, 10.
circa reprobationem rerum futurarum.

5. Stroeker, Cons. Wilhelmi, Facult. iurisprud. decanus :
ad . . . Dissertationem in any. (Espari Henrici Rudolfi)
inventat.
6. Stroeker, Cons. Wilhelmi, Facult. iurisprud. decanus :
ad . . . Dissertationem in any. (Foam's Tab.
Cameri) inventat.
7. Stroeker, Cons. Wilhelmi, Facult. iurisprud. decanus :
ad . . . Dissertationem in any. (Dorritis Theodoris
Hainemanni) inventat.
8. Stroeker, Cons. Wilhelmi : De testamento priuato
volenti, preservim scripto, sive clauso . . .
9. Stroeker, Cons. Wilh. : De con- et inconvenientia iuri
Romani et statalarii' diffusione in materia succes-
soris conjugum ab intestato.

#.


1789.


1. Schorch, Hieron. Historicus; Facult. iuris Doctor. l. b.
(ad dissertationem in ang. Adam "Gackringen" in lat.).
2. Schorckius, Hieron. Historicus; Deco, quod iustum est
circa conventionem fidei de pretio habita.
3. Schorckius, Hieronymus Historicus; De limitibus superioritatis
territorialis secundum leges fundamentales imperii
4. Stroeker, Cons. W. Wilhelm, Facult. iuris Doctor. :
ad . . . dissertationem in ang. Perser. Gotterus. Rostlingo
in lat.
5. Stroeker, Cons. W. Wilhelm, Facult. iuris Doctor. . . ad³⁰ . .
dissertationem in ang. (Matthaei Bonifacii) Zin
mermanni in urbe.
6. Stroeker, Cons. W. Wilhelm, Facult. iuris Doctor. :
ad . . . dissertationem in ang. (Iacobi Otto) . . . in lat.

1744.

- 6) 7. Streckler, Cons. Wittenberg, Facult. iuris iure decanus :
... et ... dissertationem in ang. (Iacobi Christophori
Wunkeri) iur. dicit.
8. Streckler, Cons. W. C. : De observationibus quibusdam
forensibus circa resignationem nominis ...
9. Werner, Iacobi Christphi. : De invaliditate Dipos-
titionis inter vivos uxoris circa res geranicas, neglecto
mariti consentia ...
10. Zimmermanus, Maltheus Benjaminus : Dissertation
in ang. iuris, qua vicariationem sacer imperii Romano-
Roumani, ex officiis ... dist. L.

Lxx





Cr. 5. num. 10.

1742.2
4
MEDITATIONES
DE
CARCERE.
DIVTVRNO
POENAM CRIMINIS
TEMPERANTE.

P 429
QVAS
CONSENTIENTE
ILLVSTRI JCTORVM ORDINE
PRO SVMMIS IN VTROQVE JVRE
HONORIBVS

MORE MAJORVM OBTINENDIS
DIE XX. AVGUSTI 1742
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI
EXPONIT

JOANNES CHRISTIANVS
Faulsuß
ADVOC. ELECT. SAXON.

ERFORDIAE,
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII
Acad. Typogr.



МЕДИЦИНА

ГАЛЕРИЯ
ОБРАЗОВАНИЯ
СИМФОНИИ ПРИРОДЫ
СТИХИИ ПРИРОДЫ

ИЗДАНИЕ САНКТ-ПЕТЕРБУРГСКОГО АКАДЕМИЧЕСКОГО ПРЕСЛАВНОГО УЧЕБНОГО ИЗДАНИЯ

ИЗДАНИЕ АКАДЕМИЧЕСКОГО ПРЕСЛАВНОГО УЧЕБНОГО ИЗДАНИЯ

СИМФОНИИ ПРИРОДЫ СТИХИИ ПРИРОДЫ

СТИХИИ ПРИРОДЫ

СТИХИИ ПРИРОДЫ

СТИХИИ ПРИРОДЫ СТИХИИ ПРИРОДЫ
СТИХИИ ПРИРОДЫ СТИХИИ ПРИРОДЫ



S. I.

Rede graviterque MARCIANVS in l. II. ff. Pœna cum de pœn. judices de criminibus cognoscen- aequitatis tes officii admonet, eosque generali re-tempera- gula posita, quam ceu Lydium quendam mento stâ- lapidem in tam difficulti stadio superan- tuenda do sequantur, prospicere jubet, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa deposita, Et adeo in levioribus causis, prionores ad lenitatem, in gra- vioribus pœnis, severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis sequi debere, pronunciat. Summa hoc ef- fatum ratione niti videtur. Expositit civitatum salus pœnarum rigorem, ut emendentur cives, & a vitiorum scelerumque contactu serventur, & ut secura redda- tur civilis vita conditio, non ut subjectos pœnae ever- tant, aut ut Magistratui saeviendi occasionem præbe- ant. Inde inter delictum & pœnam relatio quædam, quam vulgo proportionem dicunt, enoscitur, ex variis causis, factique circumstantiis delictum aggravantibus, vel minuentibus metienda, quam si negligat judec, non potest non jus, quod remissius duriusve dicit, in sum- mam

A

mam

mam evalescere injuriam. Accedit provida legum curia, quae nonsolum judicem ad scelerum ultionem excitat, sed reos quoque, suo jam fato miseros, sancitis variis poenam mitigandi causis, tuetur. Quare judex officio rite functurus, tum in cognoscendo, tum in jure dicundo, delicti non minus gravitatem exacto iudicio expendat, quæque convincunt reum, conquerat, quam ad illa advertat, quæ ad delinquentem defendendum, temperandumque poenæ rigorem faciunt.

§. II.

*An poenam
judex miti-
gare queat?
disquiri-
tur.*

Sed cum his, quæ de judge ad poenarum mitigationem obstricto differui, adversari videantur, qui omnem judici potestatem arbitriumque in minuenda poenarum severitate adimunt, illis cumpromis in opusculi limine occurrendum est. Omnes fere hæc quæstio JCTos sollicitos habuit, qui jure criminali expnendo inclarerunt. Vid. TIRAQVELVM de poenis temperandis. CARPZ. in Praxi. R. C. P. I. qu. 25. n. 1. P. II. qu. 88. n. 41. TABOR. in Decis. Crim. Racemat. p. m. 457. Sed in hac expedienda lite, alios aliis rationibus uti, variisque dissensionibus inter se concertare videoas. Qui negativam defendant, provocant ad legum civilium functiones, jusque minuendæ poenæ ad summum jus Imperii referunt, nec aliis Magistratibus apud Romanos, nisi majoribus, & qui vice sacra iudicabant, illud competitisse notant. Sic poenæ persecutio in l. 1. §. 4 ff. ad SCt. Turp. non mandatur voluntati iudicantis, sed legis autoritati referatur. Sunt, qui inter jus & factum distinguendum putant, & in hoc dijudicando, & ad legum

gum sanctiones adplicando, liberam judici statuendi po-testatem relinquunt. Alii poenas ordinarias ab extra-ordinariis separare jubent, quin hodie omnem poenæ irrogationem arbitriam censem, idque evincere co-nantur, poenarum definitiones jure Romano compre-hensas, in foro Germanico neutiquam receptas esse. Quam sententiam, uti nunc sub examen non revoca-bo, ita a jure prorsus alienum est, omnem poenæ, certo jure definitæ usum, in foro patrio nostro negare, sive ex legibus Germanicis, sive peregrinis exempla accersen-da veniant.

§. III.

Si ergo, quid sentiam, fateri licet, casuum diversi-Pœna miti-tas distinctum quoque judicium exposcit. Si forte re-gatio ab ag-is sententia judicis condemnatis, venia danda, aut pœ-^{gratiatione}_{distinguenda est.} na durior ex mera gratia temperanda est, res credit ad Principis arbitrium, nec sibi judex, nisi indulgentे sum-mo Imperante, arrogare quicquam juris potest. Sub-limior & eminentior est haec potestas, & ordinariæ ju-risdictionis limites excedit. Sed haec regii juris species ad institutum meum non pertinet. Alia & ab hac diversa poenarum mitigatio est, quæ ex causis justificis proce-dit, sive illæ ex ipsis facti circumstantiis nascantur, sive post consummatum delictum superveniant, dummodo a lege probatae, ad minuendum poenarum rigorem valeant. Sed in illis poenæ minutionibus, quas facti circumstantiae suggerunt, ut & in poenis, quas arbitrarias dicimus, jus ad factum magis adplicat judex, & pœnam, lege licet statutam, locum non habere ob de-ficien-

ficientes facti qualitates, pronunciat, quam pœnam ve-
re irrogatam, aufert, aut minuit. Idque innuere mihi
VLPIANVS in l. 13. fl. de pœn. videtur, quando Magistra-
tui licere, ait, *quam vult sententiam ferre vel graviorē, vel*
leniorem. Laxiorem enim judici potestatem indulgere,
ipsa rei & varia factorum emergentium indoles jubet.
Sed si quae emergant causæ pœnam lenientes, quas le-
gum autoritas firmat, judicem recte eas in judicando
sequi, extra dubitationem positum videtur, quamvis
pœna lege definita fuerit. Quod enim Pontifex rescri-
psit in c. 4. X. d. O. & P. J. D. *Si tale fuerit negotium,*
quod certa exinde pœna in canonibus exprimatur, eandem in-
fligas, alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ, secundum
tuum arbitrium puniri procures, sententiam hanc potius
confirmare, quam confutare videtur. Non enim pœ-
nae definitio mitigationem lege suffultam excludit, quin
potius judex non temperans, lege jubente, aut permit-
tente, pœnae gravitatem, officii limites transgredi cen-
fetur.

§. IV.

Dantur cau-
se pœnam
mitigantes, Et dari omnino causas pœnas lenientes, judicis ar-
bitrio relietas, easque tum lege expressa, tum usu ra-
tioneque probatas, nemo est rerum forensium paulo
peritior, qui nesciat. Loquuntur illud complura le-
gum documenta, imo longius progreditur sensus mi-
sericordiæ inter gentes, adeo, ut plenam delicti veniam
ob varias causas condemnatis datam deprehendamus.
Vid. COCCEJ. *Dissert. de excessu pœnarum, c. 2. n. 12.*
RHETII *Dissert. de misericordia intempestiva.* Olim apud
Roma-

Romanos poena omni liberabatur ad supplicium datus, qui in Vestalem inciderat, teste PLUTARCHO, in Numa. Huc etiam concessa ob diem insignem, & publicam laetitiam, criminis abolitio, & reorum liberatio pertinet, cuius in l. 8. § 12. ff. ad Sct. Turp. mentio occurrit, & quod de feriis Paschalibus in l. 3 C. d. Epis. audient. habetur. Sed haec a scopo aliena sunt. Revertor potius ad causas poenas mitigantes, in quarum censum complures referri non nego, spurias non minus, & ab Interpretibus confictas, quam veras & legum autoritate munitas, quas ab illis separandas esse, videndumque, quid distent aera lupinis, aequus rerum censor facile concedet. Sunt, qui furem rupto laqueo patibulo decidentem, fati clementia adjutum, a poena mortis liberandum censem. Affirmant nonnulli, mitigandam ultimi supplicii poenam, favore matrimonii, si foemina condemnato nuptura, pro eodem intercedat. Conditionis delinquentium, non minus, quam dignitatis in poenis infligendis rationem haberi jubet l. 3. ff. ad Leg. Corn. d. sclar. O. C. C. art. 157. Porro disquire videas JCTos, occasionem suppeditante l. 31. ff. de pan. an ob artis excellentiam recte temperetur poenæ meritum? Rectius intercessionem conjugis innocentis adultero, aut ablatae rei restitutionem tempestivam, furi profuturam statuimus. Non placet, largiore exemplorum messim congerere, quam conquirere volenti, legum causarumque Criminalium Compilatores, satis amplam atque copiosam suppeditant. Sed quæcumque demum ejus generis causæ allegari soleant, ubi juris ad facta applicatio tentanda est, ipsa satis docet experientia,

perientia, non semper expetitum esse, quantum in mitigandis criminum poenis, cause illæ valeant. Rem ipsam arduam esse, & difficilis judicii, apud omnes in confessio est; Et effectus omnino rei gravitas, ut inaugurae specimen editurus, dogma JCTorum, *de mitigatione criminis pena ob diuturnitatem carceris feligerem*, in coequo explicando elaborarem.

§. V.

Thematissimæ dignitas et perplexitas adducitur. Et sane plus vice simplici mihi in foro versanti, casus criminumque species occurrerunt, ubi inter defensionum momenta, carceris squalor diurius percessus, dubio plerumque eventu effectuque allegatus, ansam curatius expendendi dedit, in quibus criminibus, & quo valore hoc defensionis argumento utendum sit? Stimulum calcarque in hoc stadio decurrenti addebant, tum favor liberationis, & rei gravitas, tum rerum legumque criminalium perplexa indoles, quæ inter tot summorum JCTorum labores, aliorum industria spicilegii colligendi uberrimam reliquit materiam. Accedebant JCTorum dissensiones, quæ effecerunt, ut inter dubia fori problemata, legislatoria potestate definienda, referri meruerit, quicquid de diuturniorum carcerum efficacia, ad minuendam poenam vulgo adseritur. Ita enim teste BERGERO in *Elec. Jurispr. Crim.* p. 284. JCTi Lipsiensis in Consultationibus de casibus dubiis non nullis Electori Potentissimo quondam exhibitis, sequentem in modum sententiam exposuerunt: Obwohl nicht unbillig propter diuturnum carcerem, dem reo die ordentliche Strafe gemildert wird, so kan doch solches nur in dem Falle statt haben,

haben, so ferne er zur Verzögerung nicht selbst mit seinem Eaugen, Defense führen, oder in andere Wege Ursache gegeben, sondern solche anders woher entstanden. Wornach wir uns jederzeit in pronunciando gerichtet, gleichwohl aber, daß dieser Unterscheid in andern rechtlichen Collegis nicht in acht genommen worden, vielfältig angemerkt; Ad haec ordo Jutorum Wittebergensium: Wir sind auch der Meinung, daß nicht allein diuturnitas reatus, sondern auch diuturnitas carceris bey einem Todesläger keine Erlässung der Lebens-Strafe würcken könne, wenn gleich culpa judicis die Verzögerung des Processe geschehen, es wäre denn, daß in modo supplicii, einige Linderung folgen könnte. Was aber andere Delicta, auf welche per leges humanas die Lebens-Strafe gesetzt ist, betrifft, wird die langwierige Gefängniß billig in Consideration nejogen, nicht allein, wenn solche Verzögerung durch den Richter selbst verursacht wird, sondern auch, wenn der Delinquent seine Defense schleunig nicht führen kan, als wenn er von entlegenen Orthen Zeugniß beyschaffen müs. Et certe digna res in Saxonia Electorali visa fuit legislatoris adminiculo, adeo, ut in Projecto novarum Decisionum anno 1699. confecto, ea, quæ numero XLIV. posta et Decisio, hanc causam penas mitigantem, integra tractet & definit. Ut ergo institutum rite exequar, suoque ordine decurrat tractatio, primo loco fundamenta juris, rationesque proferre placet, ex quibus haec doctrina deducenda venit, adjectis illis, quæ ad statum questionis explicandum faciunt; posteriore loco, de doctrinæ applicatione ad diversas delictorum species, sollicitus, quando & quo effectu carceris diuturnitas allegari queat? exponam.

§. VI.

Explicatur l. 25. ff. de regulam in pœnis temperandis servandam esse, jam pœn. monui. Cum ergo, quæ sint judicis partes in poena determinanda, cuius rigorem reuis, ob carceris molestiam justo diutius toleratam, moderari petit, exponendum sit, patet, tractationis initium non aliunde, quam ab ipsa legum sententia petendum esse. Succurrit autem effatum JCTi in l. 25. ff. de pœn. Si diutino tempore, ait MODESTINVS, aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna ejus sublevanda erit. Sic enim constitutum est, non eo modo puniendo eos, qui longo tempore in reatu agunt, quam eos, qui in recenti sententiam excipiunt. Ut vero constet, Modestinum de carceris diuturnitate, iisque criminum reis sensisse, qui ex vinculis causam dixerunt, quid sit reatus, quidve diutino tempore in reatu esse denotet, explicandum est. Reatum veteres, uti recte colligo ex BRISSONII L. II. selec. antiqu. cap. 1. quod totum de ordine exercendorum publicorum judiciorum agit, & in eruditissimo opere de form. p. m. 467. statum eorum dicebant, qui inter reos criminum recepti erant. Solebat, qui ad accusandum properabat, rei nomen deferre apud Prætorem, cuius de ea causa erat cognitio, idque in tabulas reorum, quæ publice in ærario suspenſæ erant, recipi postulabat, & qua lege reum accusare vellet, declarabat. Idque indicat CICERO pro Cluentio c. 31. Herebant, inquiens, in tabulis publicis reus, & accusator. Sic inter reos quis receptus, sed nondum in reatu esse dicebatur. Subscribebat quoque accusator libello sanguinis, quo se nomen rei detulisse profitebatur,

*Quid rea
tus?*

tur, seque ad similitudinem supplicii obstringebat, v.
l. 7. ff. de accus. & HENR. BRENCMANNVM de L. Rem-
niae exitu c. IX. die constituta reoque in jus vocato, si is
præsens crimen negabat, dies inquirendorum crimi-
num peti & concedi solebat, reus vero hoc modo legi-
bus interrogari, & in reatu constitui dicebatur. Idque
iterum CICERO decus illud togæ Romanæ, nos edocet,
dum orat. pro Domo, c. 29. Quis me, ait, unquam ulla lege
interrogavit? quis postulavit? quis diem dixit? Et ASCA-
NIVS PEDIANVS Proem. in Verr. c. 2. Quid est reum fieri,
nisi apud Praetorem legibus interrogari? Rei vero præsen-
tes, quorum nomina delata receptaque erant, ante con-
fessionem, in liberis custodiis apud Magistratum, vel
alios habebantur, post confessionem, in publicos carce-
res & vincula conjiciebantur v. SALLVST. de bell. Catil.
c. 49. l. 5. ff. d. cust. & exhib. reorum.

§. VII.

Erat vero eorum, qui in reatu constituti erant, sa-
tis misera conditio. Conquirebant Patronos, & pos-
ta toga alba, sordidam sumebant, inde sordidatos pro
reis dici apud veteres autores eruditii obseruant. Sic
de Vitellio Imperatore notat SVET. c. 8. eum reis sordes
dempisse. Promittebant barbam & capillos, ut constat
ex GELLIO, N. A. L. III. c. 4. Absentes rei annotabani-
tur, publice perquirebantur, adesse Edictis jubebantur.
Et gravissimum omnino erat, tolerare carceres & vin-
cula, & imminentem dignitatis, famæ, bonorumque
jacturam inter spem metumque prævidere, ludibrio
esse inimicis, & cum periculo sanguinis judicii aleam

B

expe-

experiri. Hinc recte, quæ supersunt antiquitatum Romanarum monumenta docent, miserabilem reorum fuisse faciem, totumque corporis habitum pallentemque vultum, sæpe quoque amicos & cognatos pietatis sensu incitatos, & in luctus societatem tractos, secundum illud MARTIALIS

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squallidus hærebo, pallidiorque reo.

Et licet non semper ex vinculis causam dicere reus co-
geretur, sed cautione interposita vadibusque datis, cu-
stodiæ molestia liberaretur; durum tamen erat, omnis
fortunæ statum imminentे fato, in periculum addu-
ctum, & ex incerto eventu pendentem, inter animi
mœrorem & trepidationem, diutius tolerare. Reatus
ergo vocem, quicquid molestiæ criminum reis ex no-
minis delatione, & instituta accusatione imminebat, &
cum primis carceris squalorem denotasse, certissimum
habetur.

§. VIII.

Dissentus
Dd. in ex- Ab hac legis 25. ff. d. pœn. explicatione perperam
recedunt JCTi principes non pauci, aut diutinum rea-
plicatione d. tum cum criminum præscriptione, quam vel quin-
t. 25. nota- quennalem, vel vicennalem fere esse constat, v. CVJAC.
tur. L. IV. c. 14. confundentes, aut minuendam criminis
pœnam ob solum temporis lapsum statuentes, v. THE-
SAVRVM Dec. 76. VIVIVM Dec. 11. & GVAZZINVM
Oper. Crim. p. 103. Sed in magno illos errore versari,
præter ea, quæ hactenus de reatu differui, tradita JOH.
a SANDE L. V. Tit. 9. def. 1. solide demonstrant. A
rea-

reatu diutino, ex *Modestini* sententia, differre præscriptio-
nem criminum, inde clarissime perspicitur, quia reatus
diuturnior poenam saltim minuit, præscriptio, penitus
tollit, & extinguit. Nec rationem habet sententia, quæ
solam temporis moram delicta, eorumque poenas mi-
nuere afferit. Ajunt equidem, præsumi emendatio-
nem vitae, in eo, qui post perpetratum delictum, per
longum temporis tractum a delinquendo abstinuit, &
probitatem morum comprobavit; nec post diutinum
tempus, recte sumi supplicium a nocentibus, in exem-
plum aliorum, quia ex temporis lapsu inducta præsu-
mitur oblivio. Addit RAINALDVUS CORSVS *Indagat.*
L. II. c. 19. diutinum tempus non minus decennio regulariter
aestimari fecundum §. 1. Inf. de Usuc. Haec argumenta si
quicquam valerent, non sublevanda esset, aut minuer-
da delinquentis poena, ob diutinum tempus, post per-
petratum delictum exactum, sed prorsus remittenda.
Cessantibus enim causis poenarum finalibus, quid præ-
stat poenarum applicatio? Certe præsumpta improbi-
tatis emendatio, quam metus poenæ simulare docuit,
rem non conficit. Et quis nescit, criminis memoriam
reviviscere, si post decennium vel plurimum annorum
decursum, judici, quis delictum commiserit, aut ubi
debat delinquens, innotescat, poenaeque exequendæ ipsi
enascatur occasio. Sed instant dissentientes, & quod
MODESTINVS diutinum reatum dixit, de sola temporis
diuturnitate post crimen admissum autoritate Plini
explicandum putant. Refert PLINIUS Lib. X. ep. 40. ac
Trajanum, in civitatibus plerisque Ponticis ad opus pu-

blicum damnatos, publicorum servorum officio, ministerio-
que fungi, atque ut servos publicos annua accipere. Hæ-
fitabat Plinius, quid de his statuendum. Dubitatio-
nis causas his reddit verbis: *Nam & reddere pœna post
longum tempus plerosque iam senes, & quantum affirmatur,
frugaliter modesteque viventes, nimis severum arbitrabar;
Et in publicis officiis retinere damnatos, non satis honestum
putabam; eosdem rursus a republica pasci otiosos, inutile, non
pasci, etiam periculosum existimabam.* Hos TRAJANVS,
Princeps legum & æQUITATIS servantissimus, neutiquam
a pœna liberandos censuit, quin potius rescripsit Pli-
nio, erit autem, ut epistola sequens nos edocet, vel hoc
maxime corrigendum, quod qui damnati ad pœnam erant,
non modo ea sine auctore, ut scribis, liberati sunt: sed etiam
in conditionem proborum ministrorum retrabantur. Qui
igitur intra proximos hos decem annos damnati, nec ullo ido-
neo auctore liberati sunt, hos oportebit pœna sua reddi: Si
qui vestitiores inveniuntur, & sene ante annos decem damna-
ti, distribuamus illos in ea ministeria, quæ non longe a pœna
sint. Optima leges Quiritum interpretandi argumen-
ta, ex iis scriptoribus desumi non ignoro, qui florente
Roma floruerunt; & concederem, locum Plinianum
juvare dissentientes, si speciem exhiberet, quæ in dis-
quisitionem venit. Sed differre reatum tum a crimi-
ne ipso, tum a pœna jam inflicta, extra dubium pos-
tum videtur. Cum ergo Plinius Trajanum de iis
consuleret, qui post pœnam damnationis in metallum
justa sententia irrogatam, Cæsare inconsulto, liberati
erant, admotique ad ministeria servorum publicorum,
quos

quos libertinæ conditionis fuisse constat, fide Autorum veterum, patet casum ab hujus litis specie prorsus esse alienum. Porro nec hos a poena immunes Cæsar pronunciat, sed ad statum damnationis revocandos, nisi ultra decennium ministerio publico functos, nec hos aliter liberandos, quam ne functiones eorum longe a poena distent. Forte & Trajani Rescriptum singularem continet gratiam, quæ ob circumstantias facti induta, jus commune constitutere nequit.

§. IX.

Sed non sufficit ad sublevandam poenam teste Mo-
destino *reatus*, nisi *diurno tempore* perpetius. Quæ er-
go in diurnitate temporis æstimanda, ineunda sit ra-
tio, ut inquiramus, operæ pretium videtur. Et licet
forte res ad judicis arbitrii referre jubeant facti cir-
cumstantiæ, quæ hanc poenæ mitigandæ causam ple-
rumque comitari solent, eoque iure nostra ætate hanc
questionem definiendam, J. Ctorum suffragia confir-
ment, juvat tamen ex Romani juris latifundiis ea arces-
fere, que Modestini verbis lumen probabili ratione
adferre possunt. Certe sub libera Republica crimi-
num cognitiones celeriter tractatas finitasque docent,
quæ BRISSONIVS l. c. monuit. Nam postquam reus
lege interrogitus erat, auditis per triduum testibus &
fortitione judicum facta, dies cognitionis dicebatur,
quo auditio accusatore, reoque defensionis argumenta
proferente, illo ipso die reus judicabatur. Sed eversa
ab Imperatoribus populi libertate, hanc judiciorum pu-
blicorum rationem ab usu recessisse idem BRISSONIVS

B 3

memo-

memorat. Augustum diutinorum reorum, & ex quorum
sordibus nihil aliud, quam voluptas inimicis quereretur, no-
mina aboleuisse, refert SVETONIVS C. 32. quod indicio
est, Augusti aetate, satis lento pede graduque accusatio-
nes fuisse peractas. Sed antiquiora illa Latii jura fu-
sius persequi non placet; Videndum potius, qua ra-
tione novo jure reatus diurnitati obviam itum fue-
rit. Jubent Imperatores VALENT. & THEODOSIVS
in l. 5. C. de cust. reor. ut eos, quos carcer tenet inclusos, con-
viuos aut velox pena subducatur, aut liberandos custodia diu-
turna non maceret. Sed haec constitutio generalius pre-
ceptum de maturanda causarum criminalium decisio-
ne exhibet; specialiora suggerunt leges, quibus ad cer-
tos temporis cancellos in terminanda causarum crimi-
nalium tractatione judex adstringitur. Congessit non-
nulla quae huc faciunt, CVJACIVS obs. L. I. c. 8. & L.
XX. c. 13. Ante Justinianum annum spatum finien-
dis causis criminalibus præfinitum fuisse testantur l. 1.
& 2. Cod. Theod. ut intra annum crim. quæst. & l. 2. eod.
ad L. Corn. de falsis. Porro refert CVJACIVS posterio-
re loco argumentum Graecæ Constitutionis a Justiniano
emissæ, quam CONTIVS latine versam titulo Cod. de
custod. reor. ultimō loco, sed aliqua sua parte mutila-
tam inferuit, & cuius partem forte exhibit l. f. C. ut in-
tra cert. temp. qua de tempore criminalis judicii, eum
in modum cautum fuit, ut rei ex criminali causa le-
viori carcere detenti statim, ob crimen capitale intra
XXX. dies, aut si res tam brevi spatio expediri neque-
at, intra VI. Menses, vel annuo spatio judicentur, id-
que, ut putat laudatus JCtus observandum, si ex vin-
culis

culis causam dicit accusatus, biennio vero secundum
I. f. dict. tit. I. f. C. de pen. Et l. 13. C. d. Jud. si reus, cau-
tione legitima admissa custodia liberatus, item suscep-
rit. Quibus positis, diutinum carcerem reatumque,
sententia Justiniani in gravioribus causis anno, aut bi-
ennio continuatum, non improbabili conjectura dixe-
ris, aut admisso etiam pro qualitate delicti, breviore in-
stantiae criminalis finienda termino, concludendum
videtur, non esse diuturnum carcerem, nisi qui fixum
judicialis cognitionis spatium excederit.

§. X.

Sed licet his conjecturis juris analogia veri spe- *De spatio*
ciem conciliet; vix tamen in foro Germanico usum *temporis*
præstabunt. Præfixa erant spatia illa accusationibus, *statuit ju-*
dex. quas privati sæpius suscipiebant, & odii causa in lon-
gum tempus protrahebant. Hinc accusatorum cum-
primis artibus & protelationibus coercendis inservie-
bat hæc instantiae criminalis præscriptio. Judici quo-
que satis gravis mulcta indicta in *I. f. C. ut intra cert.*
temp. si ipsius culpa accusationes ultra præfixam me-
tam protractas constaret. Sed licet in Germania quo-
que olim privatorum accusationes non incognitas pro-
bet lex Carolina de criminibus vindicandis agens; non
tamen, vel rarius, nostra ætate illæ occurrunt. Ignor-
at Germania, quicquid leges Justiniani, de accusatoris
inscriptione in crimen, & talionis poena in *I. g. Et f. C.*
de accus. ex Latii institutis retinuerunt, nec accusatoris
mora hodie, ut est in *I. i. C. ut intra cert. temp.* infamia,
& quarta parte bonorum mulctatur, & ignota est in
foris

foris nostris SCti Turpilliani contra tergiversantes, aut ab accusatione desistentes severitas. Potius inquisitorii processus ex Pontificiis juris principiis a temporibus Innocentii III. ad nos deducti usus apud nos viget. In quibusdam provinciis, post peractam inquisitionem generalem, sicuti de corpore, quod vocant, delicti, ejusque veritate constat, accusationes per Fiscalem peraguntur, quae usu & legibus patriis, non Justinianeo jure reguntur. Qui aptior & rationibus publicæ utilitatis convenientior sit modus, non disputo. Non ignoro, quam exosum fuerit inquisitorii processus nomen, cum extirpandis haereticis adhiberetur. vid. THOMASII *Dissert. d. orig. Processi inquisit.* & BÖHMERI *Jus Eccles.* Tom. IV. L. V. t. 7. §. 144. Sed nec defunt, quæ accusationibus solennibus, a privatis suscepitis, objici queunt. Si regulas æquitatis & prudentiæ judices in inquirendo teneant, nihil est, quod inquisitorium processum e republica ejiciendum suadeat. Et licet ultrem forte negari nequeat, ejusdem vestigia in jure Justinianeo occurtere, v. l. 13. ff. de *Offic. Praef.* l. 7. C. d. *acus.* l. 6. C. d. *cust. reor.* atque adeo, quod de certo cognitionis criminalis finienda spatio eodem jure fancitum est, ad Processum inquisitorium adipicandum videatur, cum judici ex officio procedenti protelationes accusatorum metuendæ haud sint, ipsaque inquisitio ad summarias cognitiones teste MEVIO P. VI. d. 292. referatur; nullibi tamen metas jure civili præscriptas observari videoas, quin potius per plures annos & integra lustra cognitiones delictorum sèpius protractas experientia testatur.

§. XI.

Sed ut telam, quam coepi, pertexam, nocere mihi
 potius rei forensi, quam eandem adjuvare videntur, qui
 causis criminalibus definiendis, certum spatium consti-
 tuunt. Probat sententiam hanc diversa causarum in-
 doles. Dantur casus, quibus celerrime deveniri pot-
 est ad sententiam. Accidit hoc, si sponte confiteatur
 reus, si evidens facti veritas, si in flagranti delicto reus
 deprehensus. Ast gravius enascitur judici negotium,
 si delictum occultum, si reus delictum negat, & ad
 convincendum ne tormenta quidem sufficiunt, si te-
 stes & probationes elonginquο arcessenda. Aut ergo
 iudex ad breve spatium adstrictus, levi, quod dicunt,
 brachio, in causa gravi & perplexa, suo fungetur offi-
 cio, aut spatia diversa constituenda, saepeiusque proro-
 ganda sunt. Rectius res judicum conscientiae, &, quod
 inde sequitur, carcerum quoque diuturnitas eorum ar-
 bitrio definienda committitur. Respiciat vero iudex
 ad ea, quae factum circumstant, & statum personae, de-
 lieti gravitatem, defensionis momenta, carceris quali-
 tatem in consilium admittat. Hec cum in rerum cri-
 minalium tractatione poenarumque definitione semper
 attendenda veniant, & in Pragmaticorum Commenta-
 riis satis superque pertractata sint, fusi non perse-
 quar, sed adjiciam potius exempla nonnulla, rem ipsam
 illustrantia. Sic HORNIVS Classe XV. Sentent. 13. p. 1043.
 casum refert, quo graviores injuriae ministris Eccle-
 siæ, & maxime Superintendenti illatae, propter carce-
 rem VI. septimanarum levius punitæ. Ita enim Icti
 Wittebergenses: Obwohl die denen Dienern göttlichen
 C
 Worts

Worts intus etiū officii zugesügte Injurien, vermittelst der Inquisition und einer öffentlichen Strafe, billig zu ahnden; & haben wir zwar davor gehalten, daß, wenn man gleich auf die, von Inquisitio[n] gar nicht, oder nicht gänzlich gestandene, von denen Zeugen aber angegebene Injurien, keine Reflexion mache, auf die Abbitte, Landes-Verweisung, und Erstattung derer U-kosten allerdings zu erkennen gewesen, nichts destoweniger aber, in Ansehung des vom 23. April. bis 7. Junii 1697. erlittenen Gefängnisses, dahin geschlossen, daß mit der ordentlichen Landes-Verweisung, Inquisit zu verschonen. Aliud exemplum suggestum
Sententia Scabin. Lips. in causa Marien Herzogin adulterii reæ, ad Praefecti Dippoldiswaldensis consultationem dicta Mens. Jun. 1716. qua, ut verba concepta erant:
 Weil Inquisit in mit der ihr verstateten Defension bereits im Monath Decembr. des abgewichenen 1715 den Jahres eingekommen, und darüber rechtlich Erkenntniß einzuholen, gebethen, daß mit aber, auf des Coinquisiti protestation wider Verschickung derer Acten, vor Überreichung seiner Defension, angestanden, die letztere hingegen allererst den 17den May übergeben, und Inquisit, ohne einige ihre Schuld, in die sechs Monath lang, in gefänglicher Haft enthalten worden, welche lange Zeit ihr allerdings zu einiger Milderung der Strafe zu statten kommen muß, poena ultimi supplicii, quam Saxonum leges dicitant, in fustigationem mutata fuerat.

§. XII.

L. 23. C. d. Alterum argumentum, quo carcerum molestias
 pœn. expli- justo diutius toleratas, ad minuendam pœnam reo pro-
 catur. futuras esse, evincitur, Constitutio IMP. HONORII &
 THEODOSII in l. 23. C. de pœn. suggestum. Ita vero fan-
 citum

citum legimus: *Omnes, quos damnationis conditio diversis exilis destinatos, metas temporis prestituti in carcere implesse custodia deprehenderit, solutos pœna, vinculisque latatos, custodia liberari præcipimus, nec formidare miseras exilii.* Cum species legis de temporali exilio concepta sit, casumque referat, quo reus exilii injuncti tempus, in carcere vinculisque exegit, videndum, an justa consecutione ab Interpretibus ad regulam de minuenda poena ob carceres diuturnos applicari queat? Et primo loco, quæ fuerit exilii ratio, & Gentium & Romano jure, videndum est. Qui civitati ob delicta perpetrata invisi, aut, quod saepius in civitatibus democraticis usu venit, ob potentiam rerumque novarum studium suspecti erant, solo patrio ejici solebant, inde Gentium moribus exilium pati dicebantur. Mitior erat conditio relegatorum, inter quos Romano jure insignis prodita est differentia. Exules jure civitatis privabantur, quod salvum atque integrum manebat relegatis: vid. BRISS. *Antiqu.* Lib. III. c. 5. Ad exilium enim aqua & igne interdicti adigebantur l. 2. pr. ff. d. publ. jud. Cum ergo exiles ad peregrinitatem redigerentur, patet, ejus effectum perpetuum fuisse, cum e contra relegatio temporaria esset & perpetua. HVB. *Digress.* p. 195. v. CVJAC. L. VI. c. 25. Nova exilii species deportatio sub Augusto inventa fuit v. l. 5. C. de SS. Eccles. l. 1. C. ad L. J. de amb. vid. exempla apud TACITVM L. IV. Ann. c. 21. & L. VI. c. 30. CVJAC. Lib. VIII. obs. 27. antiqua exilii ratione non penitus abolita, licet VLPIANVS in l. 14. §. 3. ff. d. bon. libert. exilium vice deportationis esse scripsit. Contradictorum ergo videri posset,

C 2

quod

quod Augusti, in citata lege, de destinatis ad diversa exilia loquuntur, qui metas præstituti temporis in carcereis custodia impleverunt, & adeo exilium temporarium irrogatum præstruant, nisi constet, exilii vocem latius interdum, & pro relegatione capi. Sic species exilii dicitur *relegatio in insulam* in l. 5. ff. de interd. & releg. quin etiam exilium in l. 4. ff. de pœn. de relegatione non minus, quam déportatione prædicari videtur. Nec quod in l. 5. ff. d. injur. legitur, *exilium tempora*le, & in l. 4. ff. d. interd. & releg. *exilium pérpetuum*, re accuratius expensa, non alium, quam relegationis sensum admittit. Ex his colligo, speciem constitutionis de sola relegatione temporali intelligendam esse.

§. XIII.

Varia relegatorum conditio a pud Romanos exponitur.

Erat vero eorum, qui ad tempus relegati erant, non eadem conditio, si eam cum aliis coercitionum modis conferamus. Equidem solum patrium relinquere cogebantur, & in eo maxime pœnae meritum consistebat, sed dolorem inde conceptum, spes redditus leniebat. Retinebant bona, omniaque jura, quibus cives fruebantur, secus ac in perpetuum relegati, quibus solis, partem bonorum sententia auferre poterat l. 38. §. 5. & 8. ff. d. pœn. l. 11. §. 3. ff. ad L. Falcid. Nec perpetua relegatio peregrinitatem operatur, licet absque Principis indulgentia, hanc passi in patriam redire nequeant. Tantum insula egredi ipsis non licebat, cuius vinculo, ut loquitur MARCIANVS in l. 5. ff. d. interd. continebantur, si relegationis editio certus locus statutus fuerat v. l. 7. eod. Cæterum nec carcerem, nec vincula

LXXX

cula patiebantur, suo arbitrio res suas agentes, & tempore exacto redeundi veniam expectantes. Hæc si referamus ad Constitutionis adductæ casum, longe duriora perpetssi erant, qui in vinculis tempus interdicto definitum exegerant. Limites potestatis excesserat Magistratus, carcerem injuste continuans. Recte ergo Imperatores eos a poena exilii immunes, liberatosque pronunciant. Cumque justum sit, ea, quæ prudenter constituta sunt, & generali æquitatis ratione nuntiatur, ad casus similes producere, quid vetat, ex dicta Constitutione hanc elicere regulam: *Carcerem diuturnum, & contra jus fasque perpetuum, reo proficere ad poenæ remissionem, aut si hoc delicti gravitas non permittat, ad poenæ mitigationem.*

§. XIV.

His, quæ hæc tenus ex jure civili producta sunt, argumentis, novum ex carceris poenarumque indole deductum accedit. Carcer, quamvis custodiae causa cum primis adhiberi soleat, nec a Romanis inter primarias poenarum species referatur, test. VLP. qui in l. 8. ff. d. poen. diserte ait, *Condemnationem ad carcerem vel vincula interdictam esse*; naturali tamen non minus, quam civili ratione poenæ speciem exhibet, & recte adseritur, iusto diu more, aut diuturniorem carcerem, gravissimam poenam constituere, & in gravioribus delictis, iusta æquitatis proportione puniendis in partem poenæ cedere. Tenendum ergo, varium dari carceris usum, custodiae, correctionis, supplicii. Sed ad quemcunque deum finem obtinendum adhibeatur, custodia sive liberior,

C 3

berior, sive arctior, facile demonstrari potest, quam pa-
rum a poenae indole carcer distet. Quid enim poena,
nisi coercitio improborum hominum, malum irrogan-
do vel bonum adimendo exercita. Finem poenarum
apprime indicat SENECA de Clement. L. II. c. 22. In Inju-
riis, qua voce omnis generis facta illicita seneca ex-
pressit, *hac tria lex secuta est; aut ut eum, quem punit, e-
mendet, aut ut pena cateros meliores reddat, aut ut sublati-
malis, securiores careri vivant.* Formalis autem poena-
rum ratio in incommmodo & molesto consistit, quod
reus ob scelus admissum sustinere tenetur, quod GRO-
TIVS de J. B. & P. L. II. c. 20. malum passionis vocat,
ob malum actionis inflatum. Possunt ergo tot poe-
narum species constitui, quot molestiarum, incommo-
dorum, bonorumque, quibus poena delinquentem pri-
vat, genera extantiora occuruntur. Haec evidenti ratio-
ne niti, nemo facile negabit, qui indolem poenarum se-
cundum naturalia justi principia expendit. Sed cum
gentium legibus, in sensu poenarum carcerem & vin-
cula relata sciamus, videndum, an carceris molestia ea
contineantur, quae poenarum indoles requirit. Et
quid magis restringit libertatem, suavissimum illud
mortaliū bonum, quam carcer? Inde pro servitutis
specie JCtis habitus v. l. 2. ff. d. lib. hom. exhib. Et car-
cerem perpetuum morti æquiparari tralatitium est.
Eleganter carcerum calamitates Imperatores in l. 23. C.
d. pœn. immensorum cruciatuum supplicia dixerint, addita
ratione, quia carceri mancipati auræ communis haustu, &
lucis aspectu privantur, & catenarum ponderibus pregra-
vantur. His ergo molestiis affectos homines improbos,
quis

quis neget, ad emendationis propositum perduci posse, si modo animus scelerum usu induratus, emendationem admittit. Quis dubitet, carcerum horrorem, quem sola rei recordatio incutit, ad alios a delinquendo deterrendos sufficietur, adeo, ut etiam hic sensus mali ad paucos, metus ad omnes perveniat, quod *supra* *prima* in poenis infligendis lex esse debet, & justa ultione securitati publicae consulatur.

§. XV.

Sed etiam Gentium moratorum instituta, & cum primis Romanæ leges agnoverunt, carceris molestias *An cancer sit pæna, dis-*
quiritur. ad poenæ gravioris exempla, speciesque referendas es-
se. Nolo pluribus de carcere perpetuo agere, de quo nonnulla notatu digna collegerunt ALEX. ab ALEX.
Dier. Genial. L. III. c. 5 & CÆLIUS RHODIVS Lect. An-
tiqu. Lib. XVII. c. 8. Romani adeo abhorrebant ab hac
condemnationis poenæque specie, ut nollent prorsus li-
berum hominem ad perpetua vincula adigi v. l. 35 ff.
d. pæn. I. 6. C. eod. Superior fuit Pontificii juris disciplina, quo, ne Clericos de atrocissimis criminibus ac-
cusatos, convictosque, judici seculari puniendos relin-
quere cogerentur, carceris perpetui poenam, ultimo
supplicio æquiparatam, introductam novimus. vid. C.
27. X. d. V. 8. Sed haec ab instituto aliena videntur.
Nostras vero meditationes confirmat *Divi Pii* rescri-
ptum, cuius sententiam nobis exhibit VLP. in l. 3. ff. d.
cus. Exhib. reor scilicet jussit Imperator eum a vin-
culis liberare, qui fidejussores dare paratus est, nisi tam
grave scelus eum admisso conset, ut neque fidejussoribus, ne-
que

que militibus committi debeat, verum bane ipsam CARCE-
RIS POENAM ante supplicium sustinere. Eandem
sententiam exhibet CONSTANTIVS Imperator in l. 2. C.
d. cust. reor. Si quis ea, inquiens, culpa vel criminis fuerit
deprehensus, quo dignus claustris, carceris & custodia squa-
lore videatur. Expressa hac lege carcer inter promerita-
tas delinquentium molestias refertur, quo ipso, nisi me
omnia fallunt, evincitur, eundem esse velut primum
poenae gradum, queri ob delictum reus sustinet. Pon-
tificum quoque decreta, quorum aliqualis in foro no-
stro autoritas viget, carceres, & cum primis claustrales,
inter poenas referunt, eo fine, ut de criminis convicti
poenitentiam agant v. c. 27 in f. d. V. S. & c. 6. X. d.
pœn. c. 3. eod. in 6. Quod Germaniae leges moresque
attinet, eo minus dubitandum, eas quoque carceris an-
gustias coercitionibus delinquentium annumerare, quo
certius, quæ ex ipsis rerum judicatarum documentis
nascitur experientia, demonstrat, & perpetui, & tem-
porarii carceris poenam injungi delinquentibus. His
ut sua constet veritas confer. O. C. C. art. 10. 216. 157.
vid. quoque ex Const. Sax. P. IV. Const. 20. 28. 35. 42. &
45. & ex ineditis 8. von Fisch-Dieben. BEIER. ad C. C.
art. 11. pos. II. CARPZ. Pr. Cr. P. 3. Qu. 3. n. 64. & Qu.
130. n. 8. sequ. BERGER. in Elect. Jurispr. Crim. Suppl. P. I.
p. 67.

§. XVI.

*Specialior argumentia sunt de carcere, speciem poenæ habente, ad hypothesis
carceris modi de mitiganda poena ob carceris diuturnitatem, applicem,*

cem, vulgatum illud hoc loco repetendum; *duriorem leitia deducere*, quam *causa depositum*, non esse decernendam; idque ^{et applicatio.} in poenis arbitrariis non minus, quam lege determinatis observandum esse, æquitatis ratio dictat. Cum ergo carcer diuturnior, & maxime durior, nec delinquentis culpa procuratus, poenæ speciem constitutus, poenamque, quam leges decernunt, judicesque delicto adplicant, insigniter aggravet, consequens est, poenam citra aestimationem carceris, injuste in reum exerciti, determinatam, terminos jure fixos excedere, quin potius reum, tolerando carceres diutinos, jam coercitionis partem exantasse, quæ, ut suum cuique tribuatur, poenæ omnino decadere debet. Idque crimen inter & poenam necessarium æquilibrium, quod proportionem dicunt, requirit. Pertinet carcer ultra tempus modumque durius in reum exercitus, plerumque ad iudicium excessus, non puniendos solum, sed incarcera-
to quoque morali aestimatione, ad petendum a judice damni illati reparationem profuturos. Hoc si verum est, & si ulterius expendimus, poenas reipublicæ deberi, ipsamque factis ministrorum, quales sunt omnino magistratus, obligari, quid magis principiis justi convenit, quam ut rigor poenæ dictatae, per carcerem contra jus fasque diutius perpetuum, velut compensando minuatur. Quemadmodum unum idemque debitum bis exigere bona fides vetat; ita ob idem delictum dupli poena aliquem afficere, æquitati repugnat, v.l. 14. ff. d. accus. & l. 41. ff. d. pæn. Quo sanctior justiorque poenæ promeritæ irrogatio, eo magis cavadum, ne modum excedat. Quemadmodum vero hæc sententia

D

tia

t. a. evidenti ratione nititur, ita certum est, ejus vim augeri, vel minui, concurrentibus aliis circumstantiis, quæ tam ad poenas temperandas faciunt, quam carceris perpeſsi injuritiam, evidentiorem reddunt. De illicis suo loco dicam; carceris vero injuritiam, ejusdem cum primis squalor, & causæ protractæ cognitionis, aliunde, quam a culpa delinquentis provenientes arguunt. Pertinet ad scopum, ut de his distinctius videamus.

§. XXVII.

*Nonnulla de
carcerum
duritate affe-
runtur.*

Carceris necessitatem probat metus fugæ, quam gravioris criminis reus, semper meditari præsumitur. In hoc decernendo ut prudenter judex versetur, monente VPLIANO in l. 1. ff. d. cust. & exhibet, reor. ad personæ delinquentis qualitatem, ad delictum ipsum, & denique ad indiciorum gravitatem, quæ reum suspectum faciunt, respiciendum est. Sed ponamus, quod hujus tractationis ratio requirit, carceres ab initio juste quidem decretos, sed diutius duriusque exercitos, ansam præbere disquisitione, an duriores fuerint, quidque ad subleyandum reum efficiant? Præstat ergo de carcere conditione dispicere. Et licet sola libertatis privatio, quam patiuntur carcere detenti, satis incommoda sit, & ut loquitur l. 7. ff. depos. mala mansio recte audiat; fit tamen interdum durior ex variis causis, adeo, ut in tormenti genus vel cruciatum evalescat. Sic si subterraneus fuerit, tenebris & squalore horridus, sanitatique noxious, si antrum & spelunca, infectis plena, factore nociva, quis non miserrimam crederet hanc habitationem

bitationem, quovis suppicio duriorem. His plerumque accedunt vincula, pondere immenso omnem ferme membrorum motum impedientia. Ut nihil de vietu potuque satis tenui, de frigoris miseriis, de sorribus carcerum, aliisque molestiis addam, quae Commentariensium saevitia nonnunquam, suo jam satis facta vel fato miseris, adferre solet. Non est, ut plura adjiciam, aut duritatem carcerum exemplis confirmem. Amplissimam eorundem messem colligere liceret, si, ut reliqua taceam, rerum retro actarum monumenta, solam sacrae inquisitionis, ut vocant, historiam excutere placeret. Sufficit, adhuc hodie dari ejus generis claustra, & infelices caveas, Romanorum *Tulliano & Robore*, vel *siculorum Lautoniis* pares, vel etiam squalore superiores. Quis has molestias diutius perpetras torturæ non æquiparandas crederet? *v. ZACH. Quæst. Med. Legal. L. VI. Tit. 2. Qu. 2. n. 17. § 18.*

§. XVIII.

Fateor, delinquentium improbitatem, carcerum *Improbatur* vinculorumque acerbitudinem interdum excusare. Ex *carcer du-*
quo sceleratus quisque, fur, raptor, latro, sicarius, tor-*rior & Squa-*
mentorum eruciatus durissimos perferre, & licet con-*lidus,*
victi, praefacta criminis negatione poenæ rigorem elu-
dere didicerunt, ipsa illis carceris molestia, poenæ loco
videtur imponenda. Accedunt delinquentium quo-
rundam artes, vinculis se liberandi, carceresque pro-
be munitos effringendi conatus, quibus ut obviam ea-
tur, durissima saepè adhibere remedia fas est. Sed
quicquid demum rigoris, propter reorum machinatio-

D 2

nes

nes, interdum defendi potest, a squalore tamen carceris, & saevitia judicem abstinere leges jubent. Licet Romæ post confessionem rite factam, reos in vincula conjectos testetur l. 5. ff. d. cast. & exhi. reor. l. 2. C. eod. saevitiam tamen carceris Cæsares improbasse ex Constitutione CONSTANTII in l. 1. C. eod. colligimus. Ex censu legum Germanicarum hic pertinet, art. II. O. C. C. ubi conceptis verbis c. autum: *Dass die Gefängniss zu Behaltung, und nicht zu schwerer und gefährlicher Peinigung der Gefangenen, sollte gemacht und zugesetzter werden.* In eandem sententiam concepta est *Constitutio FerdinandI.* quæ Lusatiae Vasallis jurisdictionem criminalem concessit, inter alia injungens: *Dass sie die Verbrecher im Gefängniss verwahret & halten sollen, nicht aber verbürgern oder verschmachten, oder gar sterben, sondern sie dermassen ohne langen Verzug halten und rechtfertigen lassen, wie es die Rechte ausweisen.* vid. Cod. Augusti. P. III. p. 105. Idem exprimit Conf. Elec. Sax. 22. P. II. in verbis: *Es soll aber das Gefängniss, darin er gelegt, ziemlichen und leidlich seyn, und er dermassen darinnen enthalten werden, damit ihm dadurch am Leben, oder Leibe, keine sonderliche und hohe Beschwerung zugefüget werde.* Conf. quoque *Mandatum Regium de Duellis* §. 57. Superfluum puto, in causa evidenti, & quam ipsa æquitatis ratio tueatur, plura legum sancta congerere. Quin potius ex his recte colligunt Icti forenses, delinquentem ad declinandas carceris durioris molestias, superioris judicis officium implorare, huncque posse Commissariis inspectionem carcerum delegare. V. GAIL. L. I. obs. 26. & 78. BOSELOV Dec. 216. RVLAND. d. Commiss. P. II. L. 4. et 7. STRYCK. in Differ. d. carcere ad custodiam. His er-

291

go

go positis, & in facto occurrentibus, evidens redditur, quod supra afferui, carceris diuturnitatem, eo justius ad temperandam poenam allegari, quo gravior, duriorque carceris perpetri conditio extitit.

§. XIX.

Ut vero diutinus aut durior carcer, ad minuendam poenam prosit, ulterius requiritur, ne propria delinquens culpa dolore, morae ansam dederit. Evidentem hujus sententiae veritatem esse, ex generalioribus <sup>Prodef. reo
carceris
diuturni-
tas non cul-
posa.</sup> justi principiis cognoscimus, quæ suam cuique culpam imputari jacent. Pertinet ergo ad hanc, quam defendendam suscepimus hypothesin, causarum commemoratio, quibus carcer diuturnior redditur, ut, quando reo favendum, inde clarius pateat. Has in multiplici positas esse differentia, nemo rerum criminalium peritus ibit inficias. Sic ipsa delicti gravitas, & factorum perplexitas, interdum remorantur cognitionem. Quis enim ferat desultoriam in cognoscendo levitatem, ubi de hominis vita, fama, bonis agitur. Recte MEVIVS P. III. D. 161. n. 2. *Quanto majoris momenti, incommodi atque prædictioris, quod petitur, eo tardius, & consideratius de eo statuendum.* Quas enim moras saepe injicit cognitionibus criminum, veritas criminis investiganda, corpusque, quod vocant, delicti, erendum, quo sine ad gravioris poenæ executionem, ex principiis receptis, insuper habita sola delinquentis confessione, deveniri nequit. Quæ in utramque partem disputari de hac causa solent vid. apud CARPZ. Pr. Crim. P. I. Q. 17. n. 42. WERNHERVM, P. IV. ob. 4. HFINECC. in Diff. de religione

D 3

ne judicis, circa reorum confessiones. Finge porro, indicia dubii esse implicata, quod in criminibus in occulto perpetratis, plerumque usu venit; fac, socios delicti, complicesque esse conquirendos, aut testes e longinququo arcessendos, aut requirenda ab aliis judicibus probandi media, & novas protracti temporis causas habebis. Accedit processus criminalis, quo utimur, ratio, formalibus, ut Practici vocant, nonnullis adstricta, quas negligere judex sine nullitatis vito nequit. Sic non sufficit, reum delictum sponte confiteri; requiritur ad articulos responsio. Et Confrontatio forte in multis casibus ad actus pertinet, qui effectu plerumque destituuntur. Nec accusatio, quam moribus Germaniae per fiscalem exercere solemus, suis, inutilibusque caret solemnibus, quæ finem litis non possunt non justo diutius protelare. Rem concinne expressam legimus in *Ord. Crim. Brandenb. Cap. IV. §. 14.* Da man auch bisher wahrgenommen, daß an theils Orten, nach vollführter Inquisition, von denen Hof-Fiscalen, und dem Defensore, pro & contra, mit vielen Schriften, so gar bis zur Quadruplic verfahren, dadurch aber nicht allein der Inquisitions-Process, der an sich summarisch seyn soll, sehr verzögert wird, sondern auch die Proces- und Abzugs-Kosten sehr anwachsen, und die Gefangene ohne Vorh, mit langwierigen und beschwerlichen Arrest gequält werden. Sunt etiam nonnulli, qui ad fori criminalis subtilitates noxias referunt, vulgatam de convicto reo, ad confessionem per tormenta cogendo, hypothetin. Hæc vero & ejus generis alia, quantum remoren- tur criminum cognitiones, quantumve miseriae & afflictionis reis adferant, ipsa satis docet experientia, vid.

CHRIST.

CHRIST. GOTTFR. HOFFM. in *Diss. de insign. defect. Ju-*
rispr. Crim. Germ.

§. XX.

Nec minus interdum moræ causa, in ipso judice ^{De mōra} quārēnda est. Non nego, judici sēpe justo plus cul- ^{cāceris a}pē in protractione litium imputari. Quis nescit ne ^{judice &} gotiorum molem, quibus hodie judices fere obrui so- ^{defensore} lent? Sed utut hæc ita se habeant, homines tamen ^{proveni-ante.} sunt, qui rebus forensibus regundis præficiuntur, & suos etiam patiuntur manes. Sic accidit nonnunquam, ut ipsi judices, sive negligentia & laboris tædio, sive animi impetu excitati, causam remissius agant, reumque sub carceris squalore & vinculorum onere gementem data opera negligant. Militat equidem pro judice præsumtio, quod rite suo officio functus sit, sed ipsa tamen facti evidētia sēpissime hanc elidit. Quam male judiciorum Antistites, hac ratione conscientiæ suæ, famæque consulant, quamque parum suo satisfaciant officio, id cum primis indicio est, quia omni, quo possunt modo, pro defendendo reo solliciti esse tenentur. confer. WERNH. P. V. obs. 163 LYNCK. Resp. 119. & 175. Pertinere vero ad reorum defensionem, ut citissime carceris & vinculorum squalore liberentur, nemo negabit. Et hoc referendum puto, si judex in testibus examinandis negligens, si denegando defensionem, appellationibus, recursuque ad superiorem ansam det, si rei examen præter necessitatē differat. Idem judicium ferendum, de Collegiis JCtorum, si acta criminaria ad concipiendas sententias transmissa, ob nimios cosque

eosque arduos labores, sero remittunt. Denique inquisitionum longius, quam par est protractarum causa, in reorum pervicacia & præfraæta negandi libidine querenda est. Sæpe videoas in flagranti, quod dicunt, deprehensos, aut factum ipsum, aut delinquendi animum negare audacius, & confessiones tormentis elicitas, revocare frequentius, satis se felices reputantes, si maximis molestiis, & morte ipsa durioribus, sanguinem vitamque redimant. Adde his frivolas & iteratis vici bus tentatas, inani plerumque conatu defensiones. Certe contentio Advocatorum, studiumque defendendi reos, variis abusibus ansam dedit. Sic videoas, defensores id agere, ut evidentia obscurent, fictisque factorum interpretationibus confundant judicem, aut eos, qui jus respondent, quamvis ipsi saepissime experiantur, verum esse illud Poëtæ: *Causa Parrocinio non bona pejor erit.* His artibus, non per aliquot menses aut annum, sed per plures annos lustraque integra, cognitio num finis protelari solet. Illustrat hæc fatum notissimi quondam Cancellarii Saxonici, *Nuolai Crellii*, quo ille post decennalem carcerem & Processum, defensionesque tanto temporis spatio peractas, demum anno 1601. ultimo supplicio affectus est. vid. MÜLLERI Annal. Sax. p. 228.

§. XXI.

Dicta exemplis illustrantur.

Hæ carceris protracti cause, si morali æstimatione, cum delinquentis obligatione ad subeundam penam promeritam, conferantur, facile patet, parum præsidii reo illam carceris molestiam adferre, quæ proprio illius

lius facto contracta est. Et licet ignoscant leges ei, qui sanguinem suum, qualicunque ratione redemptum voluit, ut est in l. i. f. d. bon. eor. qui &c. id tamen non nisi de lictis defensionis mediis, iisque legitime applicatis, intelligendum venit. Sic Scabini *Lippenses* M. Octobr. anno 1716. responderunt, ad Consultationem *D. Dürfelds*, in causa *Julii Strefens*, ubi diutini carceris ideo nulla habita ratio, quia, ut loquebantur rationes decidendi, Inquisitens bisheriges Gefängniß, theils durch seine Defension, theils durch die beobachteten Untersuchungen, folglich nicht culpa tertii, oder casu sich verübert. Paria observavi M. April. anno 1715. Jctos eosdem, Praefecto Schwarzenberg. in causa, contra *Joh. Fr. Pietschen*, respondisse, & Mens. Sept. 1717. ad Consultationem des Ober-Aussehers in Eisleben, in causa *Joh. Casp. Kauffmannum* concernente, adjectis sententiae verbis: Auch keine sonderliche Absicht, auf das erlittene Gefängniß, hierbei zu nehmen, nachdem dessen Langwierigkeit, guten Theils durch des Arrestirten Verweigerung, der schuldigen Antwort auf Artikel, mit veranlaßt worden. Pertinet etiam hoc sententia, qua in Judicio quodam ecclesiastico in terris *Marchionatus Lusatiae inferioris*, an. 1707. Concionator *J. P.* duplicati adulterii cum duabus conjugatis foeminis reus, post impetratam uxoris suæ remissionem, in poenam perpetuae relegationis condemnabatur, rationes sequentem in modum additæ: In übrigen, obgleich *P.* eine lange Zeit in gefängnlicher Haft sich befunden, auch von seinem Amte suspendirt gewesen, dennoch er großtentheils, durch sein hartnäckiges Lüugnen, solches verursachet, und da er sonderlich in Ansehung seines Amtes, so grosses Averger-

nif bey denen obgedachten Weibes-Personen, als seinen
Beicht-Kindern, und sonst verursachet, darauf nicht zu schen.
Non mitius judicium experietur reus, si ipsa delicti, fa-
ctique veritas exploranda, carceris diutini causa fuit.
Qui enim in illico factio versatur, ad omnes effectus,
ex natura delicti descendentes tenetur. arg. I. 6. C. ad L.
J. d. vi publ. Placet his annextere sententiam, quae in
Projecto novarum Decisionum supra §. 5. adducto, his ver-
bis expressa legitur: So wollen wir, daß, wenn die Inquisi-
tion an sich selbst, einen langen tractum temporis erfordert, oder
auch der Gefangene durch sein boshaftiges Verneinen, Defen-
sion führen, Angeben ausländischer Zeugen, oder in andere We-
ge, die Beschleunigung der Inquisition verhindert, und zur Weit-
läufigkeit selbst Anlaß giebt, ihm die Haft, darinnen er inzwischen
behalten worden, gar nicht zu statthen kommen soll. Exem-
plum notatu dignum hoc pertinens, observavi in sen-
tent. Scab. Lips. M. Mayo 1707. ad consultationem Präf.
Lips. in actis Inquisitionis Christ. Schmidten concer-
nentibus. Ita enim pronunciaverant: Woraus zugleich
erhellet, daß sich Inquisit, über ausgestandene Gefängniß, zu be-
schweren nicht Ursache habe, indem wegen des vielen noch bey
ihm gefundenen, und versteckt gewesenen, auch davon bereits aus-
gezahlten Geldes, die Sache eine mehrere Erkundigung, ob er
vielleicht von denen übrigen Complicibus, und Münch-Berfals-
schen, noch weiter graviret werden möchte, wohl verdient, wie er
denn gleichfalls, mit seinen hin und wieder unternommenen Läug-
nen, und variieren, und denn mit der geführten Defension, in wel-
cher er obiges insgesamt, der Gebühr nach, nicht abgelehnet, den
Fortgang der Untersuchung, eine ziemliche Zeit verzögert hat. re.

§. XXII.

§. XXII.

Sed meliora fata sperabit reus, sicubi carceris diu-
turnitatem vel ex judicis mora, vel fatali casu, vel a mora. ^{Prodest reo} a*mora. a iudi-*
cis negligen-
tertio profectam, allegare valet. Et de judicis negli-*cis negligen-*
gentia jam satis egimus. confer. STRYCK. *Dissert. d. mo-*
tia, vel cor-
ra judicis c. 3. Prodest vero inquisito judicis mora, li-
cet ille justam excusandæ moræ causam adferre possit. *reorum fa-*
cto prov-
nient.
Sed quid, si complices forte litis protrahendæ, & diutini
carceris occasionem dederint? Iniquum esset, rei in squa-
llore carceris hærentis conditionem, tertii cuiusdam ma-
litia, deteriorem fieri. Proderit ergo haec reo moræ
causa, ad mitiorem poenam. Et in eum sensum jus di-
xisse memini Scab. Lips. M. Novembr. an. 1719. ad Con-
sultationem *Pref. Misénens.* reumque George Stübern,
a poena capitali, ad quam per sententiam jam damna-
tus erat, liberasse, weil, ut habent verba sententiae, die
Coinquisitio, zu unterschiedenen mahlen vorgegeben, als ob sie ei-
nen Chemann habe, und man deshalb den Erfundigung eingezogen,
solches aber allezeit falsch befunden worden, daß also darüber deey
Monath vergangen. Aliud exemplum jam supra §. XI.
allegavimus, nec minus hic pertinet sententia, quam
exhibit die Nachricht von denen Häubern des Pfarrers zu Edderiz
P. 2. p. 129. & 135. Et quemadmodum casus fatalis ne-
mini imputari potest; ita neutiquam damno inquisiti
cedit, si protelata inquisitio fato casuque, quem præca-
vere, in ejus viribus & potestate, positum neutiquam
fuit. Nec minus reum adjuvandum puto, si partim
sua, partim aliena culpa fatoque, litis criminalis tracta-
tionem impeditam esse patet. In dubiis enim que-

stionibus, mitiorem sententiam æquitas eligere jubet. Ejus generis exemplum a Scab. Lips decisum M. Januar. 1717. in causa adulteræ Reg. Magd. Rödelin ad Consultat. Pref. Reichenb. datum sicut, cui inserta erat sequens, quæ hic facit, clausula: *Zm übrigen ihr einiger massen zu statten kommt, daß sie schon seit dem 23sten May an. 1715. gefangen gesessen, und zum Theil ohne ihr Verschulden, es so lange sich verzogen.* Sed quid, si defensoris facto, mora commissa fuerit, numne adjuvandum reum dicamus? Negativam tuerit, quod defensor mandato inquisiti ejus partes tueatur, illius proinde facto hic te-neatur; Ast, qui reo favent, contra sentiunt, nec de-fensoris culpam dolumve, inquisito imputandum cen-sent, quippe qui plerumque eorum, quæ agit molitur-que defensor, ignarus, non nisi in licitam, justamque defensionis rationem, consensisse presumitur. Placet his addere, quæ de defensoris mora coercenda inserta leguntur *Concepto novo Decisionis Ele&t. Sax. s̄epius allega-tæ.* Injungitur ibidem judicibus rerum criminalium: *Zedesmaßt, wenn, wegen der Inquisiten, sich Defensores anmelden, jene zuforderst, ob es mit ihren Willen geschehe, oder nicht, zu vernehmen, und zugleich sie, daß der Verzug der Sache ihnen nicht zu statten kommen könne, zu erinnern, im Fall sie auch in die Defension nicht willigen wollen, und daß es bloß zum Verschleiß geschehe, erachtet würde, den angegebenen Defensorem entweder alsobald abzuweisen, oder von ihm das Juramentum malicie zu exigieren, auch hernach, bey verspürter böslicher Aufhaltung der Sache, denselben mit empfindlicher Strafe anzusehen.*

§. XXIII.

§. XXIII.

Quæ adducta sunt de causis carceris diuturni, ad Profectum casum pertinent, si cognitio criminis diutius protracta fuit, iuste cæteroquin ob delicti atrocitatem, & indiciorum pondera, decreto carcere. Sed nec ab hac tractatione illi casus prorsus alieni sunt, quando index, vel deficientibus legitimis suspicionis causis, ad decernendum carcerem properavit, vel in delictis, poemam corporis afflictivam non merentibus, oblata cautione, liberationem a carcere petenti reo, eandem contra jus fasque denegavit. Judicem ad carcerem circumpeste procedere leges jubent, idque ob gravissimas molestias, & famæ jastram, quæ plerumque cum incarceratione coniunctæ esse solent. Quod TRAJANUS, in l. 5. ff. d. pæn. rescripsit *Affiduo Severo: satius, esse impunitum relinquere facinus nocentis, quam innocentem damnare*, id suo quoque modo ad injūtios carceres applicari potest. Idque innuere videtur O. C. C. Art. XI. judicibus officiū limites, in carcere injungendo observandos præscribens, quorum præcipitiam graviter notat STRYCK. in *Diss. de periculo perennis c. 3 §. 14.* Nec judicem deficiens injuriandi animus excusat, cum injustus carcer, absque injuria ne concipi quidem queat. Hocque dubio caret, si plenaria sequatur absolutio. Sed fac, judicem sine legitimis indiciis ad carcerem properasse, post, vel aliud, & ab initio incognitum facinus confessum esse reum, aut conversa, mutataque casus specie, finge, reum in carcere detentum confessumque, ob aliud crimen, absque sufficientibus indiciis, diutius detineri,

E 3

quis

quis dignum mitiore poena incarcерatum negabit? Quae huic usque in medium produxi argumenta, pro temperanda fontium poena, ob carcerem diutinum, his quoque casibus, ob rationis paritatem, adPLICANDA veniunt. Et licet omnino vigor disciplinæ publicæ requirat, ut criminum rei, carceri mancipentur, nec facile, causa nondum discussa dimittantur, ne fuga, justa judicij severitas eludatur; inde tamen recte colligitur, carceris necessitatem, deficiente fugæ suspicio-ne cessare. Judex ergo potestatis limites excedit toties, quoties appareret ex causæ circumstantiis, poenam graviorem dicitari non posse, ipseque oblatam a reo cautionem, pro liberatione a carcere impetranda, respuit. Indoles delicti satis instruit judicis officium, nec eum excusat deficiens injuriandi animus, vel promissa a denunciante indemnitas, & publicam vindictam persequendi studium, cum ipsæ leges pro reo militent, improbentque carcerem, sine justa causa continuatum.

§. XXIV.

Quantum valeat carcer ad minuendam poenam prodesse; requirit etiam instituti ratio, ut, quantum ad hunc finem valet, & in quibus poenis, delictisque, distinctius videamus. Legibus in hac causa certi quicquam non facile constitui posse, varia criminum peccarumque indoles satis indicat. Res ergo fere omnis ad prudentis judicis arbitrium reddit. Et quamvis in rerum criminalium tractatione & dijudicatione, non minus, quam

quam in litibus quibusvis civilibus, judicis partes in eo sitae sint, non ut suam de delictis promat sententiam, sed ut legislatoris voluntatem factio applicet, velut *JCtissimus KRESSIUS in Notis ad O. C. C. art. III.* rem eleganter expressit; vix tamen, ac ne vix quidem, rerum moralium varietas speciales, & singulis casibus, factisque adæquatas, admittit definitiones. Et quo gravius est de vita hominis, fama, statu, libertate, ob commissum crimen statuere; eo magis judici incumbit ad eas, quæ in factorum illicitorum inquisitione emergunt circumstantias, tum dolum poenasque aggravantes, tum temperantes respicere, quæ cum fere infinite sint, nec certis regulis comprehendi facile queant; legislatores adegerunt, ut judicantium arbitrio locum relinquenter. Idque ipsæ leges satis nos edocent. Sic *O. C. C. art. 24.* conceptis verbis indicat: *Dass nicht möglich ist, alle verächtliche Fälle und Umstände zu beschreiben conf. d. O. art. 18. § 31.* Inde nec singulis delictis, sua propria nomina data, & poenæ constituta sunt, evidenti argumento, & delicti, & poenæ estimationem, in quamplurimis casibus, arbitrio judicis prudenti consilio fuisse concreditam. Ad quid enim prodesset inadæquata legislatio, quam minima circumstantia, a legislatore non prævisa evertet. Idem judicium de causis temperandi poenas definitas, aut arbitrarias mitius constituendi, ferre ratio eadem exigit. Sufficit ergo, causas mitigantes poenam, a lege indicatas esse, ipsum vero ejusdem ad facta applicationem, seu, quod eodem reddit, specialius de causæ valore, in casibus singulis judicium, judici omnino

omnino relinquī debuit. Probant hoc exempla uno plura, unicum saltem proferam. Sic in l. 37. ff. de minor. TRIPHONIUS, JCtus ait: *Minor XXV. annis non meretur in integrum restitutionem, nisi quatenus interdum miseratio etatis ad mediocrem pœnam judicem perduxerit.* Loquitur JCtus de executionibus pœnarum, in iisque beneficium restitutionis exulare afferit, permissoque judicis arbitrio, ob ætatis defectum subveniendi, pœnaeque mitioris modum determinandi. Plura exempla ipsa O. C. C. art. 76. seq. suppeditat. Hæc si rite expendamus, patet, nec aliter in mitigatione pœnæ, ob carcerem diuturnum, esse sentiendum.

§. XXV.

Quæ judici attendenda innitatur, paulo curatius explorandum est. Etenim, *veniant in hoc arb. trio?* qui indeterminate, & velut potestate absoluta, & indiscrete concessa, ad judicis voluntatem justique sensum quævis dubia, & incerta remittunt, parum aut nihil mihi dixisse videntur. vid. FROMMANNI *Diss. d. norma. judic. arbitrii.* Judex in iis etiam definiendis, quæ certam regulam non habent, rationem & juris analogiam sequi tenetur. v. l. 13. ff. d. pœn. In hoc ergo studio, ut rite decurrat, casus delictorum diversos, eosque inter singulares circumstantias fluctuantes, ad summa velut capita reducere fas est. Juvabit etiam nonnihil de pœnarum diversitate, & de mitigandæ pœnæ modis præmittere. Pœnam delicto conformem infligendam esse, tritum est, & in ore vulgi versatur. Ut ergo atrocioribus delictis pœnæ severitas

re-

respondeat, legum conditores varias suppliciorum species invenerunt, quæ mortem quidem omnes, sed aliæ moriendi rationem leniorem, alia graviorem inferunt. Ad coercendae leviora delicta, leniores supplicio poenas, exilium, fustum admonitionem, carcerem, opus publicum, multas invenerunt, adeo, ut quemadmodum criminum, sic & poenarum gradus deprehendamus constitutos. Porro nonnulla crimina determinatae poenam, vel lego divina, vel humana habent, in quibus mitigandis, restrictior omnino iudicis potestas est; alia e contra, poenæ definitionem a judice expectant. Nec in hac causa delictorum in atrocissima, atrociora, leviora, divisi negligenda est, quorum definitionem, ex relatione criminis ad publicae salutis, privatæque securitatis læsionem, omnino accersendam putamus. Quodsi denique de poena cuiuscunque generis minuenda agimus, vel de supplicii mitiore specie obtinenda, vel de supplicio in aliam corporis afflictivam poenam, vel de hac in relegationem, carcerem, multam, commutanda loquimur. His enim gradibus descendit poenæ temperandæ ratio, uti eadem via poenarum exasperatio ascendet. v. l. 4. § 28. §. 13.
ff. d. pæn. An haec poenæ mitigatione, eadem sit cum poenarum surrogatione, qua poena similis in dictitatam interdum substituitur, ob justam causam, & quæ non ut gratiam, vel veniam aliquatenus rei obtineant, sed iustitiae explendæ causa adhibetur, parum disputasse interest. In mitigatione poenæ, poena ad delictum, in surrogatione poenæ, poena dictitata ad aliam poenæ speciem refertur, illæque inter se comparantur. Sed cum poenarum

F

narum

narum exacta proportio difficillima sit, saepius accidit,
ut surrogata poena, ea, quam sententia expresserat, lon-
ge sit mitior. vid. CHLADENII *Diss. d. arbitrio judic. in*
pœn. comunit. BOEHM. in *ELEM. JURISPR. CRIM.* sect. 2, c. 1.
§. 14.

§. XXVI.

Varia ex di- Nunc, ad quid judici pœnam leniorem ob carceris
gitis concul- diuturnitatem applicaturo, respiciendum sit, comme-
ffæ. ftones dedu- morandum venit. Et primo quidem loco *ad delicti*
atrocitatem attendendum est. Hoc, quo magis laedit
republicam, eo certius pœnae mitigationem respuit,
& pœnae rigorem morali necessitate exposcit. Post vi-
dendum, an pœna legibus, itisque vel divinis, vel humanis
determinata adsit, eaque omnia in facto obveniant, que leges
ad pœnam ordinariam infligendam requirunt. Quemad-
modum legum divinarum definitiones, omnem huma-
ni imperii potestatem superant, atque indispensabiles
sunt; ita temperamentum iis adPLICARI, ad leniendam
pœnae severitatem nequit. Ast e contra, si pœnae ex-
traordinariæ ob cessantem delicti, ut ita loquar, pleni-
tudinem, locus sit, & adeo res ad arbitrium judicis re-
deat, non omnis prorsus vis, causis pœnam mitigandi
deneganda est. Quare ulterius advertendum, an Car-
cer diutius, quam par est per pessus, cum aliis causis ad le-
nitatem animadversionis profunditur concurrat. Fortius mo-
vent plura, quæ ad eundem finem tendunt, argumen-
ta. Et si forte carceris diuturnitas supplicium auferre
nequeat, videtur, an nescius moris genus operari va-
leat; Alt, siad pœnam non capitalem res redigi queat,
cærer

carcer perpeſsus, iusta æſtimatione ad pœnam promeritam referri debet, quantumque ei decedat, conſiderandum eſt. Omnes quoque circumſtantiae tum ratione personæ, tum delicti, tum carceris, in conſilium adhibendæ veniunt. Quodſi deprehendat, carceris diuturnitatē fere pœnae mensuram adæquare, ab ulteriore pœna abstineat iudex; in dubio denique caſu, ſemper ad lenitatem magis, quam ſeveritatem adhibendam obſtricteſ. Inde colligo, ad has velut claſſes variaſ faſtorum ſpecies reduci poſſe. Scilicet I) in atrociffimis delictis, iisque, que jure divino ultimo ſupplicio vindicantur, nihil ad minuendam pœnam carceris diuturnitas prodeſt. Sed e contra II) prodeſt, ſi facti qualitas pœnam ordinariam non ferat, aut cum aliis pœnam leniendi cauſis concurrat. Hæc ad iudicis officium ſpectant. An valeat diuturnitas carceris in hiſ criminibus, ad veniam a Principe impetrandam, ut diſquiram, non fert instituti ratio. Porro III) in delictis lege humana capitali pœna no-tatis, ſolus etiam carcer diutinus juvat reum, illumque eo magis, reo profuturum ſtatuo, quo plures cauſe pœnam mitigantes concurrunt, adeo ut aut mitius ſupplicii genus, aut liberationem a pœna ordinaria efficeret, pro circumſtantiarum ratione poſſit. IV) In cauſis ſanguinis pœnam non inferentibus, delictis que levioribus, non ſolum pœnam mitigat carcer diutinus, ſed etiam interdum fere eandem extinguit.

§. XXVII.

Hæc, ut telam, quam coepi penitus pertexam, *Dieta ſpe-*
ad facta criminosa applicanda videntur. Fateor, im- *cialitus ap-*
F 2 *plicantur.*

Ad Crimen possibile fere esse, omnem criminum ambitum, & circumstantiam factorum, brevi meditatione emetiri.
Homicidii dolosi. Quare usum saltim eorum, que hactenus explicata sunt, in nonnullis, & cumprimis in homicidio, furto, adulterio ostendam. Cædes hominum atrocissimas, ut Latrocinium, Veneficium, Parricidium, omnem ferme poenæ lenitatem respuere, si cum effectu, satisque probato cœmittenlis dolo, commissa fuerint, sceleris gravitas evincit. Videamus ergo de homicidio simplici, eoque doloso non minus, quam culposo. Si principia supra jam proposita teneamus, homicidis dolosis, neutiquam carceris diuturnitas prodesse poterit, cum lex divina, sanguinis humani vindex, capitali supplicio eosdem afficiendos dictaret, omnemque adeo, qui extrinsecus supervenit, poenæ lenienda modum excludit. Et cum ne Principi quidem integrum sit, veniam dare homicidii dolosi reis, quis judici, qui legibus adplicandis ministerium præstat, potestatem tribueret, fixos divina lege poenæ terminos migrare. Non ignoro hypothesin de potestate Principis homicidas aggratiandi, a PHIL. LVD. HANNECKENIO, Theologo Wittebergensi celebrissimo, & CHRIST. THOMASIO, JCto in seculi decus nato, defensam fuisse; sed novi etiam, sententiæ huic divinæ legis vindicias, insignem quondam Lipsiensium Theologum ADAMVM RECHENBERGIVM opposuisse. Sed fac Principi jus aggratiandi in casu homicidii competere, non tamen inde colligendum est, judici poenæ jure divino statutas, mitigandi potestatem competere. Ne frustra hæc scripsisse videar, præter casum, quem

quem HORN. *Class. XV.* resp. 38. p. 1089. recenset, exemplum in medium proferam, quod I^Ctus Rostochiensis JAC. GARMON in opusculo Academic^o de *intercessione fœminarum pro capite damnatis* p. 36. exhibet. Nobilis quidam homicidium commiserat, quem peracto processu, sententia in hunc modum concepta damnatum, I^Ctus laudatus refert: Daf^t der v. Et mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte zu bringen sey; Es wäre denn, daf^t eine hohe Landes-Obrigkeit, in Ausf^uhrung seiner langen Gesängniss ihn begnadigen wolte. His inter rationes decidendi adjectis: daf^t eine hohe Landes-Obrigkeit, NB. zumahin ex consuetudine hodierna, Kraft hoher Obrigkeitlicher Macht und Gewalt, denen Delinquenten, und auch NB. homicidis, die verdiente Todtes-Strafe zu remittieren, oder zu mitigiren wohl besugt ist.

S. XXVIII.

Sed fingamus, facti circumstantias, homicidam *Valor carceris in hominem, & aggressorem fuisse, reumque saltim fines legi- cito culpo-*
 ab ultimo supplicio liberare. Fac, occisum rixæ auto-rem, & aggressorem fuisse, reumque saltim fines legi- cito culpo-
 timæ defensionis neglexisse; suppone, animum occi-
 dendi probabili ratione deficere, aut occisum non ex
 solo vulnere, sed potius ex malo regimine diætetico
 esse mortuum, cumque his concurrere carceris diu-
 turnitatem. Hos, si præstruas casus, effectu suble-
 vandi reum, diutinus carcer prorsus non destituitur.
 Idem recte asseritur, hominis cæde sola committentis
 culpa accidente. Sed curatius paulo videndum, an
 his casibus poena capit^o cesset, & hac cessante, quem
 carceris diurnitas habitura sit valorem? Divinæ san-
 ctionis

ctionis rigor, lege talionis homicidæ ultimum supplicium dicitans, eam admittere interpretationem censetur, quam ipsa ratio fuggerit, directumque occidendi animum, dolumque præsupponit. Quis crederet, legitimam defensionem, contra injustum aggressorem, naturali lege munitam, a Deo, qui ipse hujus legis autor, nec contraria voluisse præsumitur, improbatam? Et culposa non minus, quam casualia homicidia, excepta a regula fuisse jure Mosaico, asylorum constitutio, & observatio satis demonstrat. vid. OSIAN-
DER d. asylis Christian. §. 10. & 11. ENGELBR. Diff. d.
injusta Asylorum ad Crim. dolos extens. C. I. §. 2. conf.
PETRVS SARPVS de Jure Asylorum cap. V. p. m. 49. Nec
ergo humanus legislator, licet acerrimus sanguinis
humani vindex, in punienda hominis nece, gradus
culpæ, culpæque atque dolii discrimina, negligere potuit,
aut voluit. v. O. C. art. 138. seqq. His præstructis,
facile est ad intelligendum, de poenæ modo his casibus
ex culpæ gradu statuendum esse. v. BERG. Elec. Crim.
p. 100. Cumque carceris diuturnitas, habito respectu
ad ejusdem qualitatem & quantitatem, in mitigandis
poenis extraordinariis, plus minusque momenti ferat,
sequitur, hanc concurrentibus aliis causis, non solum
ad poenam ordinariam temperandam, sed etiam ad fu-
stigationem aut relegationem avertendam profuturam
esse. Sic, cum quis ad iram concitatus, rixæ autorem
securi percuferat, post ex malo regimine mortuum,
isque perpetuam relegationem meruerat, in ejus lo-
cum mulcta pecunaria surrogata legitur apud LYN-
CKERVM Ref. 180. his consilio *Jctor. Jen.* adjectis ver-
bis:

bis: Gedoch daß er solche mit einer Geld-Büße, wiewohln nicht unter 100. Gulden seinem Vermögen nach, zumahls in Absehung er ledigen Standes, und da die Uukosten auf ein ziemliches sich belaußen werden, er auch über zwanzig Wochen gefänglich gesessen) zu redimiren befugt seye.

§. XXIX.

Addam his casum homicidii, ob alias facti non minus circumstantias, quam propter carceris diutur-
Casus homicidii singulariter.
 nitatem notatu dignissimum. Accidit Lipsiae, ut ris adduci-
Henricus Honoratus Sauvestre, natione Gallus, cum
 suborta inter ipsum, aliquumque rixa, res ad manus &
 singulare certamen devenisset, ipseque forte gradu lapsus, & humili jacens se defenderet, adversarium acrius
 insistentem, infelici i^{te}tū M. Junio 1734. prosterneret.
 Postulabatur miser ille Gallus homicidii reus, carceri-
 que manipicatus, causam per triennium & ultra, ex cu-
 stodia coram Prætorio Lipsensi dicere cogebatur.
 Cum mihi defensionis negotium a judice demanda-
 tum esset, gravissimum, quo dolum & occidendi ani-
 mum elidere conabar, argumentum ex ipsis, ut ita
 loquar, facti visceribus eruebam. Humi prostratus
 occisor, urgentis adversarii i^{te}tū, vix ac ne vix excipere
 potuerat, & in periculo mortis constitutus videbatur.
 Hoc fato angustisque pressus, non poterat nonensem
 omni vi, irruenti adversario obvertere, non offensionis,
 sed defensionis proposito. Dubium ergo videbatur,
 an occisus incautius irruendo, sibimet ipsi lethalis vul-
 neris causa extiterit? an ab adversario perfoctus fue-
 rit? Idque maxime Scab. Whitebergenses, qui jus in ea
 causa

causa M. Mart. 1737. dixerant, commovit, ut jusjurandum inquisito, loco torturæ, cui ex Scab. Lips. sententia M. Nov. 1736. concepta subjiciendus erat, imponerent; sed cum illud præstare recusasset, quæstionem per tormenta institui Scab. Lips. denuo M. Jul. 1737, jubebant. Demum argumentis defensivis iterata vice deductis, meque cum primis diuturnioris carceris molestiam urgente, extraordinariæ poenæ locus relietus, & tandem hæc ex speciali Regis Potentissimi gratia, in triennalem ergastuli poenam mutata fuit. Placet sententiæ, a J. Ctor. Witteberg. ordine M. Octob. 1737. latæ momenta præcipua adjicere: Ob nun wohl Inquisitens Vorwand, daß er nicht gewiß wisse, ob er bey obverührter Action, als er zur Erden gelegen, und den blosen Degen gestreckt vor sich gehalten, mit solchen Degen auf Mühlens loß gestossen, oder ob dieser sich denselben in dem Leibgerenget, wegen derer von Inquisiten gebrauchten vielen Variationen, und seines ungebührlichen Bezeugens in Zweifel gezogen werden möchte; Hiernechst Inquisit den fol. 3. Vol. III. ihm zu erkannten Reinigungs-Eyd abzulegen, ohngeachtet er darzu, mit Einräumung einer völligen Sächs. Frist, sub poena confessi & convicti vorgeladen worden, unter unerheblichen Entschuldigungen sich beständig verweigert, demnach, daß die Wahrheit durch ein härteres Mittel, nach Anleitung des lebtern Urthels von ihm zuförderst heraus zu bringen, es das Anschein gewinnet; Die- weil aber dennoch, daß Inquisit, was eigentlich mit ihm, als er in Dodes Gefahr zur Erden gelegen, vorgegangen, und, wie er sich dabei bereiget, si eigentlich nicht zu sagen wisse, allerdings vermutlich; Hiernechst der entlebte Mühlle, welcher auf Inquisiten, da er schon zur Erden gelegen, beständig loßgestossen, selbst

selbst gar sehr excediret, und bey solcher Bewandniß, auch das von Inquisitoren erlittene langwierige Gefängniß, nicht gänzlich äußer Augen zu sezen. So ist derselbe zwar mit der post fol. 21. ihm zuerkannten Peinlichkeit, ingleichen mit der Todes-Strafe nicht unbillig zu verschonen; jedoch nichts destoweniger seines gestandenen und bekannten Verbrechens halber, mit Stauen-Schuldgen des Landes, darunter auch die Fürstl. Sächs. Querfurthischen Lande mit begriffen, ewig zu verweisen, wie nicht weniger, daferne er etwas in Vermögen hat, zu Erstattung derser verursachten Unkosten gebührend anzuhalten.

S. XXX.

Succedit altera criminis species, quam connubialis fidei temeratores, cum aliis, quam thori genialis sociis concubendo, committunt. Quo frequentius hæc profligati pudoris documenta & olim, & nostra ætate occurrunt, eo majore legum severitate ad edendum maculosum hoc nefas, ut loquitur HORATIVS, L. IV. od. V. v. 20. opus fuit. Non placet adulteriorum coercitiones, quibus vetus Romanorum disciplina inclaruit, fusiū præmittere, aut eorum expilare scrinia, qui Legis Juliae historiam contexere studuerunt. Sufficit, hoc loco ad sanctionem CONSTANTINI in l. 30. C. ad L. Jul. d. adulst. provocasse, quæ sacrificios nuptiarum, gladio puniri jussit. Proprius ad institutum pertinet inquisivissē, an jure divino universali, capite pleeti adulter debeat? Tractat hoc argumentum, idque pereruditæ executus est BERGERVS *injur. div. u-*
An illud
Elect. Jurispr. Crim. p. 531. & 585. variasque eruditorum *niv. ultimo*
dissenstiones sub examen revocat. Placet vim affer-
supplicio
G *tionum*

plecten-
dum.

tionum in hac lite productorum, paucis referre, ea-
que cum primis momenta, quæ probabilior divinae
voluntatis interpretatio suppeditat. Certum est, adul-
teria jure divino non improbari solum *v. Lev. 18. v. 20.*
Sed eadem ultimo quoque supplicio puniri, patet ex
Lev. c. 20. v. 10. § 5 D. ut. 22. v. 22. Prius, naturæ quo-
que dictamen adstratum, nec in dubium vocatur, sed
de poena capitali, adulteris dictata quæritur, an vim
legis universalis obtineat? Cum jus naturæ poena-
rum definitiones ignoret, sequitur illas in legibus di-
vinis positivis occurrentes, non posse pro universalibus
haberi, nisi ex signis probabilibus constet, Deum
his totum genus humanum obligare voluisse. No-
tissimæ sunt notæ characteristicæ, quibus eruditæ in
eruendis legibus his utuntur, quas recensere omnes
non vacat. Præstruam potius, quam fusius adstruam,
ultimi supplicii rigorem adulteria vindicantem, ad le-
ges forenses Judæorum pertinere. Sufficit hoc loco
indicasse, poenam adulterorum capitalem, lege divina
constitutam, vi obligationis universalis ideo destitui,
quia hoc divinum legislatorem voluisse, nullo argu-
mento probabili doceri potest. Nullam hujus san-
ctionis repetitionem post adventum Christi evinci posse,
certum est, quo poenalis hujus legis universalis
auctoritas, efficacissime destruitur. Nec lata illa est an-
te rem publicam Judaicam, sed eo potius loco inter
leges divinas occurrit, qui fere plerasque forenses ex-
hibet. Urgent quidem divinum illud effatum, quo
Deum gentes ob ejus generis delicta punivisse dicitur;
sed quemadmodum legi ante publicationem obligandi
virtus

virtus recte tribui nequit, ita nondum evictum est, Deum ideo gentiles punivisse, quia adulteros ultimo supplicio afficere neglexerunt. His plerumque argumentis inducti JCTi fere plerique, adulterium in censu criminum capitalium, quæ divini juris universali sanctione talia sunt, referre noluerunt. Cæterum non desunt, qui indulgentiores in adulteros, mitius cum iis agendum putant, nec proinde ubivis locorum capitali supplicio in eos animadvertiscit. v. KRESS. ad O. C. C. art. 120. STRYCK. in V. M. ff. ad L. J. d. adult. LEYS. in Med. ad Pand. spec. 576. p. 21. Ait, antiqui moris, virtutisque tenacissimi Saxones, adulterium ex notissima Electoris Augusti, quæ P. IV. Const. XIX. extat, lege, capite adhuc hodie plectunt, idque delictis atrocioribus omnino adscribunt, servata tamen certo casu masculum inter, & foemina differentia. Sed hæc ideo præmittenda videbantur, ut constaret, licitane potestati civili sit, poenæ capitalis in adulteros statuta mitigatio, aut an illa divino jure definita, eodem, quo homicidis, rigore, esset applicanda.

§. XXXI.

Nunc de valore diuturni carceris in mitigando adulterorum supplicio, specialius agenti statim occurrit inter *simplex*, & *duplicatum* adulterium differentia. Quod inter duos conjugatos concubendo committitur, & connubii fidem ab utraque parte laedit, jure meritoque delictis gravissimis annumerari novimus. Singulari omnino Saxonum lex, quam retuli, severitate, in hanc criminis speciem animadvertisit, ut neque conjugis innocentis intercessioni, neque præscriptioni ordinariae, quæ alias ad poenam temperandam

An Diuturnus carcer mitigetur per nam adulterii duplicati?

G 2

aut

aut prorsus avertendam proficiunt, locum relinquat.
Patet ex his, quam caute iudex, in temperanda adulterii hujus pœni, versari teneatur, si legi vim inferre, aut contra ejusdem sententiam niti nolit. Certum est, conjugem conjugis adulterio magis, quam rem publicam lœdi, indeque consequi videtur, hujus cum primis remissionem, & spem servandi connubij, inter alias temperandæ pœnæ causas, primum locum tenere, quicquid ex jure tum divino forensi. tum Romano in contrarium allegari soleat, teste SCHILT. *Exere.*
ad ff. XLIX. §. 90. Hanc ergo causam, si lex in iudicando non attendendam statuat, quis ad pœnam minuendam rationem illam, quæ a carceris diuturnitate proficiscitur, valitaram crereret? quippe quam conjugis remissione longe inferiorem, quivis forte fatebitur. Quibus præstructis, & cum iudex lege mitior esse nequeat, concludendum videtur, solam carceris diuturnitatem, positis omnibus in adulterio duplicato ad ultimum supplicium irrogandum requisitis, parum reum adjuvare, nisi carceris diuturnitas atque squalor, omnem fere modum excedens, exceptioni locum faciat & judicem ad leniorem coercitionem flectat. Idem statuendum est, si cum adulterio duplice concurrunt delicta plura, ut incestus, raptus, violentia, aliaque, quæ augent reatum criminis. Quamvis non vacet, quid in singulis his criminum concurrentium causis iudex in pœna tum exasperanda, tum secundum variis circumstantium factorum valorem minuenda, statuere possit, exponere; id tamen certum, quædam ex illis, ipso adulterio, si non atrociora, certe æqualis esse aestima-

SUS

æstimationis. Sic Augustinus de adulst. conjug. (quem locum exhibet *caus. 32. qu. 7. c. 11.*) adulterii malum, inquit, vincit fornicationem; vincitur autem ab incestu. *P-*
esus enim est cum matre, quam cum aliena uxore concubere. Sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam sit, ut si vir membro mulieris non ad hoc concefso voluerit uti. Quodsi enim teste CARPZ. in *Prax. Crim. P.*
III. qu. 132. n. 17. pluribus delictis capitalibus concurrentibus, atrocius supplicium reo recte imponitur, consequitur etiam, eo minorem effectum caulis poenam mitigantibus tribuendum esse, quo majorem delictorum concursus dolum arguit, & quo certius judicis rigorem exposit.

§. XXXII.

Sed cum usus fori Saxonici Electoralis, non probet solum alias mitigandi poenam causas in duplice adulterio, sed etiam extra Saxoniam delinquentem conjugis intercessio ab ultimo supplicio liberet, saepiusque eveniat, ut facti qualitas, & deficiens forte adulterii consummati requilium, ordinarium rigorem temperare jubeat, nec suus valor carceris diuturnitati in poenae minutione denegandus est. Sic si ignoraverit adulter, eam, cum qua rem habuit, esse connubii vinculo ligata, duplicatum adulterium pro simplici habebitur, & conjugis remissione reus sublevabitur, teste CARPZ. *c. P. II. Qu. 61. n. 48.* Alium casum in adultero marito cum uxore meretricio more vivente Princeps ille Saxonum *JCTus P. II. Q. 57 n. 20.* exhibet, quo mitigationem quidem ordinaria adulterii poena, graviorem tamen,

men, quam quo simplex stuprum coērceri solet, distin-
tandam autumat, idque iudicato l. c. sub n. 31. adjecto
probat. vid. quoque eundem P. III. Qu. 149. n. 47. Cef-
sante atitem coēcitione ordinaria, de valore carceris
diutini facile iudicium ferri potest. Sic ictus fustium
ob carcerem diutinum, in relegationem perpetuam aut
temporariam, aut hæc in carcerem, aut mulctam com-
mutabitur. Si vero carcer principalem pœnam con-
stituat, carceris perpeſsi diuturnitas vel pœnam pror-
sus absorbet, vel tantum temporis demit, quantum jam
reus in carcere injuste exegit. Et secundum principia
hæc intelligendum, explicandumque censeo, quod ob-
servat BEIERS ad Ord. Crim. art. 120. po. 26. in pœnæ
mitigationem ob carceris squalorem, & diuturnitatem,
JCTorum Collegia eo casu inclinare, quo ob adulterium
in carcerem conjectus, absente criminis socio, instituti
processus bannitorii exitum expectare coactus fuit. Ita
enim servat usus fori, cessare in adulterio rigorem pœnæ
lege definitæ, quando correi confessio deficit. Hæc
sola in hac delicti, ut dicunt, facti transeuntis specie,
corpus delicti constitutere creditur, quo deficiente, ne
probabiles quidem conjecturæ, confessionem rei mu-
nientes, ad supplicium ultimum irrogandum sufficiunt.
Solet ergo contra correum fugitivum processus banni-
ni, jam olim Germaniae institutis probatus, & ad no-
stra usque tempora servatus, licet inani plerumque ef-
fectu, institui. Ex dictis banni solennibus correus in
bannum declaratus, pro confessio & convicto habetur,
indeque, qui vulgarem doctrinam sequuntur, delicti
certitudinem ad mortis pœnam infligendam sufficien-
ram

ram inferunt. Hæc, si penitus pensites, cogitesque, in causa sanguinis durum esse, fitæ confessioni, eundem, quem vera producit, effectum tribuere, non miraberis, Jctos conscientiæ officiique memores, nondum penitus evicta adulterii plene consummati veritate, non carceris solum molestias, a reo plus justo toleratas, sed leviores etiam causas, poenam ordinariam mitigantes, in jure dicundo attendere. vid. BERG. *Elett. Jurispr. Crim.*
p. 134.

§. XXXIII.

In iis adulterii simplicis casibus, quibus crimen *Valor carceris poena luendum*, leges statuerunt, simili fere ratione juris applicatio procedit, nisi quod consuetæ cause, poenarum atrocitatem minuentes, facilius locum inveniant. Nec ergo dubitandum, quin carceris diuturnitas pro casuum diversitate, plus minusque ad reum sublevandum efficere queat. Vix enim datur adulterii casus, quem non comitentur facta, causæque variae, mitigationem poenæ suadentes. Et si forte præter carcerem diutius toleratum, nihil reum juvare videatur, hujus solius tamen allegatione, eundem sublevari posse, non abnuo. Quin Gentium moratorium, etiam Germanicarum mores, statutaque, adulterium quod simplex vocant, leviore animadversione plectunt. Hinc dantur non ultimi subsellii Jcti, qui capit is poenam in casu simplicis adulterii definitam, inter exorbitantes sanctiones referunt, & ad temperandam eam, etiam levioris, quod dicunt, brachii momenta admittunt. Sæpe conjux conjugi delinquendi causam præbuit; Spes quoque

quoque emendationis probabilis, aut naturalis libido,
& sui non potens animus, peccandi occasio, & ad de-
linquendum inductio, pluraque ejus generis argumen-
ta judicem non movent solum ad lenitatem, sed facili
quoque negotio, inter tot variantes JCtorum opiniones,
reo vitam & sanguinem defendendi praesidia occur-
runt. Idque probant exempla, quae in rerum foren-
sium exercitatione constitutis occurrint, quorum di-
versa §. XI. XXI. & XXII. adduxi. Porro in locum
fustigationis Scabinos Lipsienses M. Decembr. 1716. in
causa A. M. Schefflerin, ob carceres diuturnos, decem
annorum relegationem substituisse, nec minus pari sent-
tentia in causa A. M. Freybergerin, adulterii convictæ,
pronunciassè memini. Si nimia fuerit & modum fere
exedens carceris diuturnitas, JCTos in mitiorem sen-
tentiam jus dixisse, & poenam prorsus remisisse, probat
Scabin. Lips. responsum in causa R. P. ad Praefectum Bor-
nensem M. Octobr. an. 1722. in hunc sensum datum:
Hat Regina Philippin in Güte gestanden, daß sie mit Jacob
Gerlachen, einem Chemann, Unzucht und Ehebruch getrieben, da-
von sie auch schwanger worden, und eines Kindes genesen, sie hat
aber, unerachtet sie alsbald des Tages nach ihrer am letzten April
1720. beschlehenen Inhaftirung solch Verbrechen summarisch ge-
standen, dennoch von solcher Zeit her in Haft gesessen, durch wel-
ches, ohne ihr Verschulden, über zwey und einem halben Jahr
verlängertes Gefängniß, für die verdiente Leibes-Straffe verbüß-
set. So ist wider ernannte Philippin, über besagtes bereits er-
littenes Gefängniß, weiter nichts vorzunehmen, sondern sie der
Haft, gegen Leistung des gewöhnlichen Urphedens, hinwiederum
zu

zu erlassen. Sic adulteram poenia gladii plectendam; ob carcerem per triennium injuste exantatum, ab ultimo suppicio liberatam fuisse, surrogata in perpetuum relegatione, ex sententia Scab. Lips. refert CARPZ. Pr. Cr. P. III. Qu. 149. n. 47. In hanc quoque classem referre convenit bigamiae crimen, quod a nonnullis adulterio atrocius habetur. In hoc puniendo carceris exantati, concurrentibus aliis momentis, criminis reatum mitigantibus, rationem haberet, ostendit BERG. in E. J. C. P. II. obs. CLIII. p. 417.

§. XXXIV.

Furti probrum, cum maxime res, fortunasque pri- *Valor carceris diutini offenditur in furto.*
vatorum laedat, leges patriæ pro casuum diversitate, variis poenis coercendum censuerunt. Non proferam singulas legum Germanicarum definitiones, quas & olim majorum severitas, & noviorum temporum disciplina ad refrænandas furum improbitates introduxit v. SCHILT. Exerc. ad ff. XLIX. §. 6. sequ. BEYER ad O. C. art. 157. Notabo saltim ea, quæ ad institutum faciunt. Fures ultimo suppicio plectendos, si furtum cum violentia, aut secundum legem Carolinam, tertia vice commissum, aut secundum sanctionem Saxoniam ejus valor XII. Joachimicos & dimidium excedat, norunt omnes, qui juris disciplinam vel primis labris degustarunt. Sunt, qui poenam capitalem in fures statutam, justoduriorem putant, deficiente inter vitam hominis, & rem ablatam proportione, magisque reipublicæ consuli, si fures, quos paupertas & desidia ad nefarios ausus excitat, operi publico mancipentur. v. PVF-

H

FEND.

Expenditur FEND. d. J. N. & G. L. VIII. c. 92. §. 26. JO. ANDR. van Criminis a der MÜDEN de Foro conscient. P. II. Qu. 21. Hac probata irocitas & a multis hypothesi effectum est, ut nonnulli judices nipa-

mio poenæ rigore moti, indulgentiores in fures facti fuerint, infinitaque, ut JCTissimi LEYSERI verbis in *Medit. ad ff. spec. 535.* prolati utar, in foras limitationes, restrictiones, explicationes invenient, quibus Constitutiones de furibus suspendendis, si non penitus infirmarunt & eluserrunt, ita tamen circumscripserunt, ut plerique fures impune peccent, paucissimorumque supplicium, nec rem publicam malefici purget, nec alii terrorem incutiat. Innumeræ inde malæ nasci, rectissime Vir celeberrimus autumat. Non civem facie, non hospitem ab hospite tutum, ob sideri a prædonibus vias publicas, spoliari in nundinis mercatores, ut major in Arabum desertis, quam in solennibus mercatibus securitas sit; habitatores oppidorum ægre domunculas, & patrionio la contra vim & fraudes tueri, ruricolas, si quis ex illis paulo locupletior est, nocturnas infidias vix effugere, nisi se suaque, perpetuis custodiis muniant; nullumque fere in pagis sacerdotem locupletiorem esse, quem fures non bis, aut semel saltem in vita expilarint. Quæ si expendas, consulasque experientiam, & poenarum usum finemque, cum salute reipublicæ conferas, convictus eris de justitia rigoris, quo patriæ leges in fures utuntur, quove civium securitatem fortunasque defendunt. Cumque omnis legum vis ex publica salute metienda sit, quis negaret, furum improbitatem delictis atrocioribus annumerandam esse. Poenam furti masculis, leges nostræ suspendii supplicium sanxerunt. An eadem haec cum Romanorum furca, seu suspendio in arbore infelicit, quod

quod in locum crucis Constantinus teste **SOZOMENO**
Hist. Eccles. L. I. c. 8. introduxit, & cuius meminerunt
 JCTi in 128. § 38. §. 2. ff. d. pœn. dispicere non placet;
 potius ad institutum meum pertinet notasse, pœnam
 hanc, moratorum gentium plerarumque suffragio, pro
 ignominiosa, & viliori habitam fuisse, & capitis ampu-
 tatione longe graviorem. Feminas lex Carolina aquis
 submergi jubet, quæ pœna ad imitationem culei, Ro-
 manis in parricidii crimine probati, introducta vide-
 tur. Alias furum pœnas veteres cumprimis & foro
 incognitas, lubens silentio prætero, cum satis sit ad-
 duxisse, furtum inter atrociora delicta referri, cui e-
 luendo, si non semper, nonnunquam tamen capitis
 pœna, eaque graviori supplicii genere adhibito, irro-
 gari solet.

§. XXXV.

Nunc, quid diuturnitas carceris valeat, in miti- *Specialius*
 gandis furum coercitionibus videamus. Cum furtæ *de furum*
 ad atrociora delicta, capitis pœna luenda retulerim, ad *pœna miti-*
mortis supplicium evitandum, solus carcer diutinus *ganda agi-*
non semper quidem, sæpius tamen furi proficere po-
terit. Proderit etiam ad mitius supplicii genus im-
petrandum non minus, quam ad leviorem pœnam,
cumprimis si supersint quædam, judicem in mitio-
tem partem flectentia. Quo frequentius res publica
hoc malo lœditur, eo severius quidem illud vindica-
re par est; sed in consilium tamen admissis, observatis
que æQUITATIS argumentis, quibus pœnarum acerbita-
tem temperari convenit. Illustrabo hæc casu notabili,

H 2

quem

quem mihi exercitatio forensis suppeditat. Furtum commiserat Job. Christoph Holla, ducentos fere thaleros auferendo, suppeditato ab uxore, aliaque foemina furti faciendi consilio, quibus lucri partem promiserat, & delicto perpetraro dederat. Fur cum complicibus in vincula conjectus, & in jure de criminis veritate interrogatus, post varias tergiversationes demum furtum confessus, & ad poenam laquei condemnatus est. Petita tertia defensione, tum corporis delicti incertitudo, tum carceris gravitas, & diuturnitas urgebatur. Constatbat ex aetate, complices pecuniae furtivæ participes factos, sed quantum quisque retulerat, ex confessione reorum nullatenus apparebat. Quo magis in foro Saxonico furti quantitatem indagare par est, ipsaque Dicasteria ejus determinationem specificam requirunt, eo plus roboris hoc defensionis momentum habiturum sperabatur, accedente cum primis carcere, culpa complicis protracto, & vinculorum pondere molestissimo. Sed praeter mitius mortis genus, quo gratia Principis miserum adjuvit, nihil effustum est. Addam his nonnulla huc facientia ex rationibus sententiae a Scabinis Lipsiensibus. M. Junio 1739. conceptæ: Obwohl wieder ein Todes-Urtheil auch die dritte Defense nicht wohl zu versagen, und der Defensor actenmäßig auszuführen sich bemühet, daß das vom April 1737. bis hieher erlittene langwierige Gefängniß dem Inquisiten zum Theil zur Strafe mit einzurechnen, und, in Ansehung dessen, diese zu mindern sey; indem vornehmlich die Zeit von etlichen Monaten von Mayo 1737. nicht ihm, dem gegenwärtigen Inquisiten, sondern vornehmlich der Mitgefangenen, Cath. Elis. W. durch Wiederrufung ihres Geständnisses, veranlaßeten interlocuten, mit deren

deren Vorwürfe sich der Proces nicht wenig verweile, zu schreiben, noch auch ihm, vor seine Person zu impuniren sei, daß der ihm von Gerichte zugeordnete Advocatus, etliche Monate mit seiner ersten Defension sich aufgehalten, worauf auch allerhöchsten Orts die Resolution auf seine supplication um Gnade einige Zeit zurück geblieben, welches alles ihm, zumahl in Be trachtung der Härte, des in Ketten und Banden erduldeten Carceris, auch bey sich hervor thuer Ungewissheit des corporis delicti, zum wenigsten ratione des Betrags, des in der Dummheit gestandenen Furti, und des inquisitum wücklicher participation, wider erst erwähnte Strafe zu statthen kommen werde; die weil aber ic keine hinlängliche argumenta, von der Vodes-Strafe abzuweichen, aus denen Acten sich hervor gehan, als worzu das erlittene Gefängniß, womit ihm, als einem nach der Ausführung im Urtheil Vol. II. fol. 262, bereits mehrmals Deuben halber im Zuchthause, in der Haft, und unter der Marter gewesenen Land-Streicher, so wenig, als durch die mehrere in Ansehung seines Frevels in Vol. II. fol. 138. & 159. mit der genauen Verwahrung seiner Person zu viel geschehen: Und da er nicht nur anfangs, sondern auch in citat. Vol. II. fol. 72. Articulis. Weise, alles unverschämt gelauuet, im Augusto 1737. durch das Urtheil post fol. 175. das Haupt-Erkenntniß, seiner Person halber, bis auf weitere Untersuchung, wider die mehrern complices ausgezehet, und hernach fol. 251. 252. leichtgedachtes Interlocut ihm so viel geholffen, daß nunmehr ein minderer Grad der Peinlichkeit, als wider die Wolfsangin, im Febr. 1738. wider ihn erkannnt worden, und die folgende Zeit vom Mart. 1738. auf seine fol. 301. von ihm verlangte Defension, wider das Vodes-Urtheil zu rechnen; bey welcher dem Defensori der Maner derer bis zum Mayo 1738. wegen der Wolfsangin allerunterthänigst einsendeten Acten, zu Entschuldigung seines Thuns dienet, darauf jedoch fol. 335. im Monat Augusto, und in Vol. III. fol. 1. im Nov. auf befragte Defensiones, condemnatoria erfolget, und da er als lehrböhsten Orts den gnädigen Erlaß des Etranges fol. 13. im April dieses Jahres erhalten, er vielmehy die hierunter ihm ange dichene hohe Gnade, mit allerunterthänigsten Danke anzunehmen hat:

hat: So wenig an der Gewissheit des Corporis delicti, einiger Mangel erscheinet, nachdem der bestohlene Philipp Jacob Döringer den erlittenen Diebstahl zum wenigsten auf 180 Thl. Geld beschworen, und da Inquisit fol. 273, seq. vor Gerichte, solchen Diebstahl alleine verübt zu haben, umständlich bekennet, und fol. 280, seq. solch Bekentniß, auf wieder vorlesen, in Beyleyn derer Gerichts-Affessorn wiederhollet, ihm gar nicht zu statthen kommen kan, wenn er auch nach der Zeit, seinen Complicen, zur Erkenntlichkeit vor die gegebenen Anschläge, etwas daran genießen hätte lassen, da doch auch andern Theils der Vertrag des gestohlnen so groß ist, daß auf die Interessenten samt und sonders vielmehr als 12 Thlr. 12 gr. kommen müssen.

§. XXXVI.

*Thema de
penas furum
ob carcere
mitiganda
ulterius
discutitur.*

Hic poenæ in fures rigor, utut sua ratione non determinatur; fatendum tamen, poenæ duritiem interdum judicem ad æquitatis arbitrium flestere posse. Vti nemmo justi peritus & æqui, judicem recte officio functum adseret, qui furem confessum & de sceleris veritate convictum, forte & saepius hoc delicti genere exercitatum, & ad idem saepius perpetrandum promptum paratumque, ob solum unius vel duorum mensium carcere, præter jus fasque toleratum, a capitali supplicio liberandum statueret; ita contra ea nemo judicem, æquitatis præcipuum custodem & arbitrum, tam stricte rigori legis alligatum statuet, sirenum forte, carcere ultra unum pluresque annos, citra delinquentis culpam detentum, sique vinculorum ponderibus & loci squatore ferme enecatum deprehendat, ut non posset ve- lut a regia legum via paululum defletere, & in locum ultimi supplicii ipsum fustium, relegationem, vel temporariam, vel prout res postulat, perpetuam, aut ad opus

opus publicum condemnationem surrogare. Diversæ furorum species diversam quoque juris applicatiōnem exposunt. Quo major doli scelerisque atrocitas, poenæ mitigationem ob publicæ securitatis periculum excludens, reprehenditur, eo minus juvabit reum carceris diuturnitas. Exemplum dabit in casu famosissimi sacrilegii, quod Lüneburgi pretiosissimum tabulæ, quam vocarunt, aureæ ornatum auferendo, perditissimi aliquot fures commiserunt, sententia *Alexandrum Saladin*, unum ex complicibus ad sustinendam laquei poenam, mitiorem, quam reliqui sceleris socii meruerant, & ut ejusdem verbis dicitur, in Ansehung seines langwierigen Gefängnißes condemnans. v. Denckmahl der göttlichen Regierung an der gütlichen Tafel zu Lüneburg P. III. p. 346. Idem de furto violento & seditione ob criminis atrocitatem adserendum est. Alium casum furti magni & ultimo supplicio puniendi habet CARPZ. P. III. Qu. 149. n. 47. quo Scabin. Lipsiens. sententia mortem irroganti adjecerunt sequentia: Es wolle denn Churfürstl. Durchl. zu Sachsen, der getangenen Urtheil, in Ansehung, daß sie nunmehr über ein Jahr gefessen, Gnade erzeigen, und die Des. Strafe gnädigst erlassen, auf solchen Fall würde sie öffentlich b. illig zur Staube geschlagen, und des Landes ewig verwiesen. Patet inde, Jctos dubitasse, an poenam capitalem legē definitam, ob solam carceris perpetui diuturnitatem mitigare possent, æquum tamen censuisse, ut gratia principis interveniente mitius cum rea ageretur.

§ XXXVII.

Quod delicta sanguinis poena non coercenda at-*Valor carce-*
tinet, multum omnino carceris diuturnitas in favo-
vis in miti-
rem commodumque rei operatur. Plus enim in his
gandis penit-
temperandis judicis arbitrio reliatum esse, quam in

I

poenis

non capitali: pœnis capitalibus lege definitis, usu & juris analogia edoce-
bis adstrui-
tur.

mur, adeo, ut leges Saxonum Magistratui merum imperium
 habenti, certa ratione & adhibito J Ctorum consilio pœnarum
 non capitalium mitigationes & remissiones, transmutationes
 in mulctas, alioquin ad jus regium & sublimi Imperantivum
 pertinentes, perficere permiserint. v. CARPZ. P. III. qu. 150.
 Occurrunt casus, qui huc spectant, non in levioribus solum
 delictis, sed etiam in gravioribus, si vel ob probations insufficienes, vel deficiente uno alteroque criminis requisito,
 ad pœnam lege præscriptam infligendam judex properare nequeat, superint vero interdum criminis attentati reatus aliqua
 que facta animadversione digna, resque adeo ad pœnam arbitrio
 judicis definientiam redeat. Finge ergo, iustum fustium
 promeruisse delinquentem, sed per aliquot menses citra cul-
 pam propriam carcerem satis durum tolerasse, non dubitabit
 judex nudam relegationem aut carcerem reo dictitare, aut
 concurrentibus forte aliis causis mitigantibus, in ejus locum
 multam surrogare. Accedit, quod fustigationis poena ho-
 die fere exosa, nonnullarum provinciarum leges in ejus vicem
 condemnationem ad opus publicum sœpius adhibere jubeant.
 vid. BODIN. *Dissert. de fustigat. usu moderno.* Idem judican-
 dum videtur de casu, quo perjurii reus, aut ob aliud de-
 lictum ad manus aut digitorum abscissionem secundum
 rigorem juris Germanici condemnandus, carceris diutu-
 nitatem ad obtinendam pœnae mitigationem allegat. Licet
 enim hujus pœnae usus penitus negari nequeat vid BERG.
 Elec. Crim. p. 24. carceris tamen injuste perpetrata molestia ad
 temperanda hec pœnarum portenta sufficiet videtur, quæ
 efficiunt, ut notante KRESS. ad O. C. C. p. 15. misericors vita sit sup-
 plicium, & mors solatum. In pœna relegationis, quam quidam
 carcere graviorem putant, res ideo minus difficultatis habet,
 quia relegatio & carcer usu quorundam Dicasteriorum respec-
 tiva proportione invicem pensari solent. Si menstruum car-
 cerem annuæ relegationi sœpius æquiparari videoas. Nec de
 carceris pœna mitiganda, quam delinquens meruit ob carce-
 res diutius exandalatos pluribus agendum est, cum malum, quod
 reus velut per anticipationem perperatus est, facili judicio a pœ-
 na

na ordinaria deduci possit. Inde patet, quibus casibus carceris diuturnitas poenam absorbeat. Sed cum specialius rem definire vix licet, res non melius, quam ex exemplis, e tritura fo- rense petitis, cognoscitur. Facit huc casus bigamie apud B.R.G. in Suppl. ad Elect. Jurispr. Crim. P. II. obs. 153, p. 417. expositus. Memini quoque in caſu frumenti furto ablati, cuius pretium III. Joachimicis & XVIII. grossis estimabatur, a J.Cti Hallensibus, ad Consultationem Praefecti Fridburgensis in comitatu Mansfeldensi M. Jul. 1720. in causa inquisitionis contra G. G. institutae suisse pronuntiatum: Dass Inquisit, wegen des gestohlenen Korns, in Anſchung seines schon bisher ausgestandenen Gefängnißes, noch mit vir wöchentlicher Gefangenschaft zu bestrafen. Simili modo in caſu veklimentorum surreptorum, quæ V. Joachimicis & ultra constabant, Scabini Hallenses ad consultationem dicti Praefecti Fridburgensis M. Sept. 1722. in causa inquisitionis contra P. M. S. judicarunt: So ist Inquisit, dieser Beweisigung halber, über das ausgestandene noch mit 14. tägiger Gefängniß zu bestrafen. Dicta quoque illustrat & confirmat sententia in furto modico a Scab. Lips. referente Carpz. P. II. Q. 83. n. si. lata, ubi conceptis verbis legimus. So haben sie solche ihre Verbrechung durch das allbereit erlittene Gefängniß zur Gnüge verbüßet.

§. XXXVIII.

Si ea sit delicti indoles, eaque circumstantiarum illud Profectus concomitantium ratio, ut J.Cti, quorum officium legibus ad strictum novimus, propter carceris diuturnitatem mitio- rem coercitionis modum statuere nequeant; reo tamen diu- tempore perpeſsus carceris & vinculorum squalor ad id petrandam. forte proderit, ut gratia principis poenæ temperamentum obtinere queat. Solent hoc J.Cti interdum sententiis instruere, ut sententia apud CARPZ. P. I. Qu. 35. n. 34. §. P. III. Qu. 49. n. 47. & ZIEGLER. d. Jur. Majst. L. I. c. 8. §. 8. & 9. & unum alterumque exemplum jam supra in medium prolatum testantur. Sive vero condemnatus ad veniam delicti impetrandam preces dirigat, sive pro levioris poenæ in locum gravioris surrogatione obtinenda Principem adeat, si ve denique mitius supplicii genus petat, vix optatum effe-

Etum sperare poterit, & compos voti reddetur, nisi adductis,
 quae Principem æquitatis non minus quam justæ animadver-
 sionis acerrimum custodem, mouere queant, rationibus. Li-
 cet enim Princeps gratiam veniamque criminum reis con-
 cedens, ad servandas juris regulas adeo adstrictus non sit, ut
 statuere pro lubitu, reumque legum vinculis eximere ne-
 queat; prudentes tamen civitatum rectores maxime provi-
 dere addebet, ne facile delinquentibus indulgendo, sublatio
 velut inter bonos malosque discriminare, vitia efflorescant.
Adhibenda enim, monente SENECA L. I. c. 2. d. Clement. est mo-
deratio, qua sanabilita ingenia distinguere a deploratis sciat. Nec
 vulgarem habere clementiam oportet, nec abscessum. Quare vix
 est, ut ab optimo etiam principe criminis reus quicquam si-
 ne causa, ejusque veritate & iustitia rite explorata, obtineat.
Recte Celsus, Senator Romanus, apud TACITVM L. III. Ann.
c. 36. Princeps quidem instar Deorum esse, sed neque a Diis, nisi
justas supplicium preces audiri. Quum ergo hactenus dicta
 abunde probent, carceris culpa judicis cauque injuste tole-
 rati diuturnitatem ad causas pœnam mitigantes referendam
 esse, eo justius haec principem ad mitigandum pœnæ rigo-
 rem fecit, quo gravius carceris molestia reum adfixit, aut
 quo plura concurrunt argumenta ad provocandam principis
 gratiam, aut miserationis lénsum excitandum adminiculantia.
 Et quæ toto hoc opusculo momenta, sive ex delicti gravita-
 te, sive ex carceris qualitate deducta, judici consideranda esse
 monui, in hac concedendæ gratia arbitrio locum tueri, pru-
 dentiæ rectoriæ indeo satis probat. Cumque haec supra
 circulos Jurisprudentiæ forensis posta lubens profitear, reli-
 gioni mihi duco, plura addere, id potius in votis habeo, ut,
 cum ingenii humani pravitas, & seculi corruptissimi mores
 pœnas acerbissimas ad publicæ salutis tuitionem requirant,
 prompta judicium diligentia omni modo efficere studeat, ne
 diuturnior carceris molestia aut reos præter jus
 fasque premat, aut pœnis præmeritis
 subducatur.

F I N I S.


ERRATA.

- pag. 1. lin. 17. pro enoscitur leg. enascitur.
pag. 6. lin. 1. pro expeditum leg. expeditum.
pag. 20. lin. 2. pro loquuntur leg. loquantur.
ibid. lin. 11. post ub. expensa, omitt. non.
p. 23. lin. 15. pro RHODIVS leg. RHODICINV.
p. 26. lin. 20. pro disquisitione leg. disquisitioni.
p. 27. lin. 14. pro Siculorum Lautonis leg. Siculorum *Lautomii*.
p. 30. lin. 23. pro Abjugs. Kosten leg. Abjungs. Kosten.
p. 55. lin. 5. pro consummatis leg. consummatis.
p. 60. lin. 5. pro perpetrato leg. perpetrato.
p. 61. lin. 1. pro Vor spruche leg. Verspruch.
p. 62. lin. 9. pro daran leg. davon.
p. 47. lin. 25. post ub. vi del. comma.
p. 58. lin. 28. post ub. masculis del. comma.

ERFURT, Diss., 1742/44



KD78



Fr. S. num. 10.

1742

EDITATIONES
DE
RCERE.
VTVRNO
AM CRIMINIS
MPERANTE.

QVAS
CONSENTIENTE
I JCTORVM ORDINE
MIS IN VTROQVE JVRE
HONORIBVS
RE MAJORVM OBTINENDIS
X. AVGUSTI 1742
DO ERVDITORVM EXAMINI
EXPONIT
ES CHRISTIANVS
Faulsufß
ADVOC. ELECT. SAXON.

ERFORDIAE,
NIS CHRISTOPHORI HERINGII
Acad. Typogr.

